


24512


2  
14  
15  
12


XXV - 4




2  
14  
15  
12











# IVLII FIRMICIMA

TERNI IVNIORIS SICVLI V. C. AD MAVOR  
tium Lollianum, Astronomicū Libri VIII, per NICOLAVM

PRVCKNERVM Astrologum nuper ab  
innumeris mendis vindicati.

HIS ACCESSIONT,

CLAVDII PTOLEMAEI Pheludensis Alexandrini ἀρτελεομάτων,  
quod Quadripartitum uocant, Lib. IIII.

De inerrantium stellarum significationibus, Lib. I.

Centiloquium eiusdem.

EX ARABIBVS ET CHALDAEIS.

HERMETIS uetustissimi Astrologi centum Aphoris, Lib. I.

BETHEM Centiloquium.

EIVSDEM de Horis Planetarum Liber alias.

ALMANZORIS Astrologi Propositiones ad Saracenorum regem.

ZAHELIS Arabis de Electionibus Lib. I.

MESSA HALAH deratione Círculi & Stellarum, & qualiter in hoc seculo operentur, Lib. I.

OMAR de Natiuitatibus Lib. III.

MARCI MANILI Poetæ disertissimi Astronomicū Lib. V.

Postremo, OTHONIS BRVNFELSII de Diffinitionibus & terminis Astrologiae libellus ifagogicus.

BASILEAE,

PER IOANNEM HERVAGIVM, ANNO

Salutis humanæ M. D. L. I.

Mense Aprili.



O-

# IVLII FIRMI

latus invictus si uox et ad novas  
compositum, amissione tamen utrumque  
praeconferat Antiquorum ubique de  
imperio mundus impinguatur.

Hic accedit et uant.

Civitas protulit uita pugnare, uictus  
dumque obsequiis suos necesse est.

Quoniam pugna fuisse uictus pugna.

Concordia uincitur.

Ex uictu et uictus ex.

A uictu uictus cum uictor aperte.

Uictus et uictus eam.

Uictus et uictus uictus.

# ASPER

ut uictus et uictus uictus.

Uictus et uictus uictus.

Uictus et uictus uictus.

S E R E N I S S I M O   A C   P O T E N T I S -  
simo Domino, Domino Eduardo, eius nominis sexto, Regi Angliae,  
Franciae, & Hyberniae, fidei defensori, &c. Ni-  
colaus Prucknerus      S. D.



NTI QVA est à Ptolemeo tradita, Eduarde Rex, Astrologiae diuisio: eiusq; una pars scientiæ est, & contemplationis, ab omni libera & soluta reprehensione. Altera actionis, etiam magnorum uirorū attētata uituperationibus. Nam quæ prima est, ea quasi cœlum sapientia penetrans, eius orbes, motusq; uarios, & siderum cursus, et magnitudines, & discrimina, ita explicat, ut nullā dubitationem, aut hæsitationem relinquat. Hinc Solis & Lunæ defectio-nes, hinc ortus & occasus siderum, hinc septem errantium stellarum dimensa itinera, quæ multis antè seculis, singulis possunt annotari, & significari, ut punctis, sic temporum momētis. Ea pars quoniam explorata est, & expers semper erroris, quasi princeps eius doctrinæ creditur. Altera, quam ob causam maximè celebrari debebat, ob eam potissimum uituperatur: uulgi scilicet ignorationem, cum necessitatibus hominum, & uitæ rationibus semper utilissima, sæpe salutaris existeret, si, ut illa altera, teneretur à suis doctoribus. At non quia ignorantur artes, uituperandæ sunt: sed quia pauci sunt qui eas assequuntur, qui eas assequitur, is maximè laudari debet: quia rara eius cognitio est, singulare habendum est artificis ingenium. Quanquam confitendum est, magnam esse profitentium turbam, & plures hanc prius exercere postriorem, quam illam priorem partem didicisse. In quo studio, duo præcipue sunt uitia. Nam quia primam illam non perfectè tenent, aliorum inuentis contenti, per se nihil ipsi inueniunt: deinde ijs ipsis, quæ ab alijs tradita acceperunt, utuntur plerunque non bene, necq; intelligenter. Vnde duo uitia nata sunt maxima: unum ignauiae, alterum stoliditatis. Sed hoc genus hominum ad uituperationem artis, non plurimum obficeret, nisi aliqui docti etiā extitissent, & in his quidam etiā boni uituperatores huius scientiæ, quibus ego breuiter respondeo: Artes nō idcirco uituperabiles esse, quia ignorantur: sed eo magnas haberi decet, quia pauci sunt qui assequuntur. neq; propterea hæc pars Astrologiae reprehendenda est, quia Ptolemaeus eam cū paucis tenuit: sed eo mirabilior, magisq; diuina, quo paucioribus est cōcessa mortalibus. Quis negare potest, si certi sunt cœli motus, & actiones definitæ, non etiam effici alii quid ab ijs certi: ut etiam si hominibus accidere uideatur, tamen sapiēs euenire illa, & quasi scienter fieri intelliget. Quis non uidet ad Lunę cōstitutionem repleri, exinaniri, ægrotare, confirmari animantium corpora? Etiam Oceanus ipse huius luminis imperio flectitur. Si qui autoritatem requirunt, quid sibi uolunt stellarum & signorum antiqua

P R A E F A T I O.

& prisca nomina Pleiadum, Hyadum & cur ab antiquissimis poetis A-  
quosus est nominatus Orion? Cur Sirius ardens? in cuius exortu ac-  
cedi Solis uapores, quis ignorat: λαμπρότατος ἡγετής, καινὸρ δὲ τεσσάρης  
ματέτυπλαι, καὶ τε φέρει πολλὰρ πυρετὸρ δειλοῖσι βροτοῖσιρ. Eius enim si-  
deris effectus amplissimi in terra sentiuntur. Cur dierū à scriptoribus,  
per omnes menses, totumq; annum notatæ cōtemperationes propter  
ortus atq; obitus siderum? Satis' ne magnus est autor Aristoteles, qui  
etiam in Politicis fatetur, Solis temperantia, non solū corpora, sed etiā  
animos moderari humanos? Nihil' ne est, quod Cicero iouis prospe-  
rum & salutarem hominum generi fulgorem nominauit. Et ante Cice-  
ronem Plautus de Arcturi stella, eiusq; cūm influxu, tū effectu ita dicit:  
Arcturus signum sum omnium acerrimum:

Vehemens sum exoriens, cum occido uehementior.

Apud Romanos igitur hæc ars ualuit, non solum postremis illius Imperij temporibus, uerum etiam primi populi, ad quem è Græcia & Chaldæa ars hæc fuit propagata: antiquiores enim & plures sunt Græcorum de hac scientia libri. Antiquissimus scriptor Aratus est; at ille de hac ratione:

Μόχθος μέμ τ' ὀλίγος, Τὸ δὲ μυεῖορ ἀντίκεντον αὐτῷ.  
Γίνεται πιφροσύνης αὐτὶ πεφυλαγμένω αἰδεῖ.

Sed tamen uerum est in hac disciplina, quod in proverbio dicitur, Nō omnibus contingit adire Corinthum. Pauci sunt qui eam assēquantur: primum, quia magnum ingenij acumen, magnamq; industriam, atq; doctrinā requirit: deinde adhuc in ea multa et magna recondita latent, πάντα γάρ ὅντω Ex aīθεωποι γιγνώσκομεν, ἀλλ' εἴ τι πολλὰ κέρπεται. Multa etiam inuenta sunt, quæ si non rectè accommodentur, magnos adferunt errores. Proclus nobilis fuit Platonis interpres, & in physicis uir præclarus: is uerissimè scribit, quod δέδειρ τῇ καρδίᾳ τοῦ λεοντοῦ και-  
μενος λαμπρὸς ἀστὴρ, ὁ μωνύμως τῷ τόπῳ οὐκεῖται, καρδία λεοντοῦ προ-  
σαγορεύεται, ὑπὸ δὲ τινῶν βασιλίους καλεῖται, δτισθνούσιροι πολὺ τῷ  
τόπῳ τοῦτον γενόμενοι, βασιλικῷ χειρὶ τὸ χνίθλιον. Omnia uera. nam est  
stella in eo loco, quæ Cor leonis, & Basiliucus, quasi Regulus nomina-  
tur: & regia conditione nasci uidetur, qui cum hoc sidere ortum ha-  
bent. Siquidem ut ille ait,

Ασίρεις ἀνθρώποισι τετυγμένα σημαίνουσι.

Sed quia uidentur nasci omnes hac fortuna, ergo non certum est, qui nā illi sint, nisi perspicacibus, & eruditis hominibus, qui momenta tem-  
porum notare possunt, qui cœli spacia & domicilia duodecim scienter  
distinguere, qui reliquorum etiam siderum constitutiones animaduer-  
tere, & cum his, eum de quo iudicium futurum est, scienter possunt cō-  
ponere: id quod multi sunt ueteres consecuti. Nam quoniam de auto-  
ritate satis pro hoc tempore diximus, ueniendū iam nobis est ad exem-  
pla: quæ si aliqua proferamus, demonstrabitur à nobis, & artem hanc  
esse, & eius extitisse artifices, & posse eam cōprehendi. Valerius Ma-

P R A E F A T I O .

ximus, prouidus rerum scriptor, refert, Aeschylum, cum à Mathematicis respōsum esset, ex ictu moriturum, qui è superiori loco fieret, tectū evitasse, & sub dio, capite nudato mansisse: in quod, cum ab aquila, deiecta testudo esset, eo casu mortuum esse, & uerum extitisse, quod predictum fuerat. Quis imperatorum Romanorum felicior habitus Augusto: in eius numis argenteis Capricornus erat, indicium sui & sideris & fortunæ, quam Theogenes prænunciauerat: qui Augustum, cognito diagrāmate ortus & genituræ, adorauerat. Augustus uero prouidentiam eius, numo suo cōprobauit, motus enim predictione Theogenis, monetam Capricorno insigniuit. Chaldaeī Agrippinæ Neronis matri responderunt, filium imperatorem fore, sed parricidam nece materna. illa quidem, occidat, modò imperet. uerū imperauit, et ne cauit matrem. Caligulæ Sulla Mathematicus appropinquantem mortem prædixerat. Vespasianus tantum huic arti tribuit, ut ausus fuerit, in assiduis contra se conspiracyibus confirmare, aut filios sibi successores in imperio fore, aut neminem. Domitiano Chaldei adolescentulo, diē horamq; & genus mortis significauerunt, quæ præfigitio cū ab Ascleario Mathematico capitali crimine notato, ut exploraret disciplinam, rogauit Ascleptarium, sciret' ne, quo mortis genere ipse esset interitus: respondit, breui fore ut à canibus laceraretur. Domitianus, ut Genethliacum uatem uanum faceret, euestigio interfici iussit, & cadauer accuratissimè sepeliri. Sed tempestate de improviso orta, disiecto funere, corpus ustulatum canes discerperunt. Hadrianus Imperator, quia peritissimus huius artis & doctrinæ fuit, sibi singulis annis præscripsit, quid quotidie esset euenturum. Cui Aelius Adrianus patruus imperium prædixerat ex hac arte, idemq; ex alio etiam Mathematico ante imperium cognouit. Cōstat etiam eum de Vero sepe dixisse: Ostendent terris hunc tantum fata, neq; ultrà  
Esse sinent.

Possum ætatis nostræ exempla adferre multa, possum etiam quæ ego principibus uiris prædixi, si utrumq; odiosum nō esset. Antiquitas remota est ab inuidia. Si nullum aliud exemplum extaret, quām Magram, qui in Oriente sidus Christi uiderunt, tamen magnum argumentum esset, astris res magnas hominibus præsignificari, siue motu eorum sempiterno, siue aliqua diuina constitutione, non omnibus, sed certis nota hominibus. Hæc sunt quæ ad te, Eduarde Rex, præfari uolu, pro Julio Materno Firmico, scriptore huius artis ueteri, & puro, & probato, nunc etiam emendato: & pro hac arte, contra eius calumnias, quas est passa permultas. qualis etiam est illa, quod à Tiberio Cæfare electi fuerunt ex urbe Mathematici: quasi uero idem etiam non euenerit Rhetoribus, in hac eadem urbe Roma. Plato è sua republica poetas excludit, an idcirco ars poetarum perniciosa, etiamsi multi poetæ malij: Attamen grauissimum iudicium Platonis: fateor. Sed nemo magis Socrati obfuit ad mortem, quām Aristophanes poeta. Idcirco pa-

P R A E F A T I O.

tior, quod Aristophanem oderit Plato, quod autem poetas etiam bonos oderit, non probo. Artes, atque uirtutes, sua ut sunt aestimandae, non euentu, nec hominum improbitate: alioqui & prophetae & apostoli ejiciendi essent in rebus publicis, quoniam omnes hi aut trucidati, aut tractati male: & hoc biennium multos bonos Ecclesiastes Evangelicos in ciuitatibus eiecit, num idcirco Euangeliu[m] non uerum, aut idcirco ne illi mali? H[oc] est bonitatis θειμασία, exturbari a suis, uocari ab alienis: uiuos pati, mortuos celebrari. Imo h[oc] tua adolescens uirtus Rex, non parum attentatur, una cum renascente religione istius regni: an tu idcirco non dignus qui regas? Fremant ut uelint uitia: tua uirtus, ut omnes boni sperant, atque confidunt, tua inquam insita uirtutis, religionis, bonitatis indoles, adolefecet, & excrescat  
in Regiam Maiestatem, amplificationem regni, confirmationem religionis, ad pacem, ad otium,  
ad salutem populi, Vale. Argentorati.

28. Ianuarij. Anno à nato

Christo 1551.

DE DIFFINITIONIBVS ET TERM  
NIS ASTROLOGIAE, LIBELLVS OTHO  
nis Brunfelsij.



Strologia, est stellarum, cœliq; actionum, atq; significationum cognitio, Latine scientia sideralis dicta.

Dioptice, Astrologie pars, Solis & Lunæ, cæterorumq; astrorum distantias per instrumenta uestigans.

Meteoroscope, Astrologie pars, quæ eleuationem differentias, astrorumq; exquirit distantias.

Gnomonice, Astrologie pars, docens rationem umbrarum & solariorum, idq; ueruto, siue gnomone.

Astè, stella una est, ut inquit Macrobius.

Astro, signum stellæ coactum, quod nos sidus uocamus. Sic stellæ quidem singulares, ut Erraticæ quinq; & cæteræ, quæ non admixtæ alijs, solum feruntur.

Sidera uero, quæ in aliquod signum, stellarum plurium compositione formantur, ut Aries, Taurus, Andromeda, Perseus, Corona, & quæcunq; uariarum genera formarum, in cœlum recepta creduntur.

Horoscopus, est signum quod ascendit.

NOMINA PLANETA-

rum Græca.

Ἥ φάνων. Ή φαίλων. Ὁ πυρόεις.  
Ο ἑλίος. Φ φωσφόρος. Φ σίλεων.  
Δ σελήνη.

Altitudo planetarum uocatur, quia in ipsa parte constitutæ stellæ, homines faciunt beatos, uel quando naturali quadam sublimitate magnitudinis eriguntur.

Deiecti planetæ uocantur, quando eorum op primitur autoritas: faciuntq; miseros, pauperes, ignobiles, & inopes.

σώφροι, uel munifices, terna numina, decanis singulis applicata. De quibus uide Firmicum libro secundo, capite quarto.

Stellarum fines, signorum appellatur propriæ partes, quæ stellis singulis dividuntur, Græce τὰ δέκα.

Gaudere tunc dicuntur planetæ, quando in genitura, in opportunitis ac felicioribus constituti locis, maiorem uim habent, ac plurimum bonam fortunam decernunt.

Stellæ matutinæ sunt quinq; Ή, Ή, Ὁ, Φ, & Δ. Appellantur eadem & uespertinæ, & occidentales, & absconsæ. Græce ἀφανίται καὶ σωδικεῖ καὶ ἀκρούκται.

Matutina uocatur stella, quæ in ortu existens,

ex oriente præcedit, ut Lucifer.

Vespertina, in ortu, quæ oriente sequitur.

Abſconsæ stellæ, quas orbis tegit.

Anapomictæ, quæ tunc oriuntur, cum ☽ in interitum uergit.

Protegi stellæ dicuntur, quotiens opportuna radiatione cum ☽ præcesserunt.

Numen Solis optima radiatione protegitur, quotiescumq; matutino stellarū ortu fuerit ornatus.

H matutinus uocatur, cum duodecim partibus ☽ antecesserit.

U matutinus, cum undecim partibus recesserit antecedendo.

♀ octo partibus Solem antecedens, matutina uocatur.

Sic ☽ in octava parte constitutus, matutinus uocatur.

Aries signum tropicum uocatur, quia ☽ in eo signo constituto, uernum tempus facit.

Ignitum signum uocatur Υ, quia quicunq; in genituro horoscopo ipsum habuerit, ad ignem, choleramq; naturam pronus erit.

Platicæ uitæ locus est in eo signo, in quo est horoscopus constitutus.

αὐτολη, orientalis cardo, domus prima.

δύσις, occidens.

μεσημβρια, medium cœli.

ὑπόγειον, imum cœli.

Ortus latine, prima pars horoscopi, quæ in omnigenitura tempore, ab orientali parte primum emergit, ac per triginta deinceps partes educitur.

Occidens, pars cœli est, in septimo ab horoscopo loco partiliter exposita, Græce διάμετρον δυτικόν.

Medium cœlum, ab horoscopo decimus signum uocatur.

Imum cœlum, quod in quarto ab horoscopo loco constituitur.

Deæ est tertius ab horoscopo locus, id est, tertium ab horoscopo signum.

Deos, illud signum, quod contra hoc signum in diametro fuerit constitutum, id est nonum ab horoscopo.

Bona fortuna, in quinto ab horoscopo locus, Græce ἄγαλμα τοῦ θεοῦ.

ἄγαλμα μούνου, id est bonus dæmon, fortuna ex diametro, id est in undecimo ab horoscopo loco.

Pigra atq; deiecta loca tunc uocantur, quando nulla cum horoscopo societate coniunguntur.

αἴαφορα, siue inferna porta uocatur primus

## DE DIFFINIT.

deiectior locus, qui in secundo ab horoscopo signo constituitur.

Ἄνθετος φορά, uel superna porta, diameter signi antedicti, id est octauus ab horosc. locus.

Nonissima loca sunt, malae fortunae, mali demones.

Mala fortuna, sextus ab horoscopo locus, Græcè οὐκετός καὶ οὐκ εὐθύνον.

Aspectus diameter, qui est à signo, usq; ad aliud signum septimum, ut est Υ Ζ Δ.

Trigonus aspectus, qui est à signo, quo initiamus, usq; ad signum quintum, ut est Υ ad Δ.

Dextrum trigonum uocamus, quod ab eo signo, à quo incipimus, retrò est.

Sinistrū trigonū, quod est ante: ut Υ dextrum trigonum est Τ, sinistrum uero Δ: et simili modo Δ dextrum trigonum est Υ, sinistrū uero Τ.

Quadratus aspectus, qui est ab eo signo, quo inchoamus, usq; ad quartum, ut Υ, Π, Ζ, Δ.

Quodcumq; retrò est, quadratum dextrum uocatur, ut Υ Ζ Π.

Hexagonus aspectus, qui est ab eo signo, quo initiamus, usq; ad tertium.

Dator uitæ, dominus genituriæ.

Σπείραι τοιχεῖαι, cœlestes imagines, siue cœlestia signa.

καλποιοι, planetæ fortunantes.

κακισποιοι, infortunates, alias malefici et infortunantes.

ἀρτελεσμα, iudicium, seu sententia astrologica, Latine prædictio, uel iudicium.

Signa secundaria, quæ in elementis ipsis cernuntur, ut Cometæ, motus terræ, pluiae, immodicæ fuscitates: ita sic dicta, quia secundas uires habeat, quando prima uis in celo, stellisq; cœlestibus inest: secundaria in elementis, quæ in ipsis carentur.

Stellæ corruptiæ, quæq; cœlestiū stellarum decreta ad uiuant, sunt ea, quæ in elementis cum exuperantia et uiru quadam maiore fiunt, ut fuscates et pluiae nimiae: sic dictæ corruptiæ, quia omnis elementorum exuperantia corruptionem inducit.

Secunda stellæ, quæ secundam ac prossperam uim insitam habent.

Cuspides cœli, anguli, τὰ κοῖτα, cardines, idem.

ἐπαναφορά, domus succedentes.

ἰνλιψεις, luminarium deliquia, atq; obscurations.

Androdas, annus 63. sic dictus, quia latenti ratione, uarijs hominem periculorum discriminibus semper afficit.

Hebdomatici et Enneatici anni, anni septeni et noueni, grauias semper mala hominibus porten-

## ET TERMINIS

dentes.

Plenæ partes in figura uocantur, in quibus decani fuerint inuenti.

Vacuæ partes, ad quas nunquam decanorum numerus accedit.

Septentrionalia signa uocantur, quæ mouentur ab initio Arietis usq; ad finem ιψ.

Meridionalia, quæ uergunt ab initio Librae, usq; in finem Piscium.

Directæ ascendentia uocantur ab initio ου usq; in finem Π.

Tortuosæ ascendere dicuntur, ab initio Φ usq; in finem ΙΙ.

Concordantia signa sunt Υ Ζ Χ, Σ Ζ Σ, Π Ζ Φ, Ω Ζ Τ, δ Ζ ιη, ιη Ζ Δ.

Maxima medietas circuli uocatur, quæ est ab initio Δ usq; ad finem Ρ.

Medietas Ο eadem quæ et medietas maxima: quia Ο in omni hac medietate habet principium, sicut habent planetæ in suis terminis.

Medietas minima, quæ est ab initio Aquarij usq; in finem Ω: et uocatur medietas Lunæ, quia Luna similiter habet in omni hac medietate principium, sicut Ο in maxima.

Medietas calida, quæ est ab initio Υ usq; in finem ιψ.

Decuriae, signorum facies.

Stellæ fixæ uocantur, quia eorum motus post centum annos uix cernitur, quod humanae uitæ spaciū longissimum uideatur.

τάειαδος, Latine Vergiliae: sic dictæ, quod extremo uere, cum æstas incipit, exoriuntur Babylonij uocant Atarage.

Hyades à veteribus dictæ Suculae: quidam in ore, alij in fronte Σ constitutas uolunt.

λαμπάδιας, inter Hyades fulgenter et dux. Chaldaicæ Aldebram.

Anhelar, Apollinis astrum, in capite Geminorum emicans stella.

Abrachaleus, Græcè ἄραχλεος ζευον, in ipso ΙΙ occipitio.

Αζabenæ, ad Chelas sitæ stellæ, Η et Σ qualiter retinentes.

Sunt autem Chelæ Latinis cornua, qualia ferre imaginantur in Ω et ιη.

νεφελοειδής συρροφὴ, id est, nebulosus globus. Nebula, quæ est in pectore Ω, alias Praesepe, et Chaldaicæ Meellephi.

βασιλισσæ, lucida stella, quæ est ad cor Leonis.

Asini, ad praesepe ipsum constituti stellæ.

Vindemitor, Græcè περγυντως, Chaldaicæ Almucediem Alaraph, stella lucida, quæ est ad alam ιψ septentrionalem,

## ASTROLOGIAE.

**σεχύς, spica, Chaldaicè Abzumon Alazel,**  
in ἡρα constituta.

**ωταρης, cor Scorpii, nota & lucida stella in**  
tribus illis in dorso in distinctis.

**ιδην Θ', pisces ille, qui ab austro est, Lat-**  
ne Borealis.

**σωδημος, stellarum series inter Pisces atq;**  
Arietem: Latinu uocant nodum cœlestem.

Arcturus notus est.

**διασχος, Serpentarius.**

**αφηπηλικη loca, loca Ilegalia, uel Hilech, ut**  
Chaldaei uocant: alias Climaæterica.

Climacterici anni, uel anni progressionis, sic  
dicti, quod ex ascensionibus planetarū, secundum  
Climatis rectum aut obliquum circulū cognosci-  
tur tēpus, quo planeta sit ad eum locū perueturus.

Significator regni, planeta, qui plures potio-  
resq; prærogatiwas in medio cardine habet.

Dominator, seu hospitator interlunij, dominus  
loci, in quo coniunctio ☽ & ☽ facta est.

Interlunij, id est nouilunij, Græcè στιώδ Θ'.

Planeta ἀδινηράτη ταρη, id est dominator,  
qui dominatum inter alios obtinet.

Planeta οὐρανοδέκτης, id est, planeta paterfa-  
milia, idem quod dominus genitiae. uocatur &  
κύριος γενεσεως.

**κυριος, malus habitus, undecimi loci affli-**  
etio.

**σημα, tota illa cœli constitutio.**

Dirigere, est gradum quendam Aequatoris co-  
ascendentem uel cōdescendentem arcui cuiam  
ecliptice, aut alijs interuallo currenti, hylech, &  
fidus maleficū, uel radium eius inuestigare. Nam  
quotiens hac via maleficū fidus, aut radū male-  
fici hylech occurunt, uitam incident, & discri-  
men imminere portendunt.

Dies, latio Solis super terram.

Hemisphærion nostrum, terræ illa medietas,  
quæ nostro horizonte describitur.

**βιοδαιατοι, qui violenta morte pereunt.**

Eminentia, superlatio, uel sublimitas planetæ  
uocatur, in coniunctione, cum in summa circuli su-  
perioris, qui græco nomine επινυλ Θ' uocatur,  
planeta ipse fertur, altero planeta partes demis-  
siiores tenente. Eum locum Augem etiam uulgato  
nomine uocant. Pontanus, elegatissimus scriptor,  
apicem & culmen appellat.

**επινυλη loca, loca in ipsa figura cœli leta-**  
lia, mortis periculum afferentia.

**πολιπατ Θ', planetæ profectio ad locum le-**  
thalem, quæ hodie inepte uocatur abscisio: & pla-  
netæ ille, planeta abscisor.

Planeta permeator, uel recensor, planeta πολι-  
πατ Θ', aperitus mānūta, planeta conditio-

narius, uel qui est eius cōditionis, siue nocturnæ,  
siue diurnæ.

**διεπων, horæ dominus.**

**ωειηράτης, finium dominus.**

**ῦπερ Θ', planetæ sub radijs ☽ positus, id est,**  
subradiatus. quod uerbum, quia uidebatur aspe-  
rius, placuit neotericis combustum uocare.

Decani, decuriæ, idem. Singuli decem signo-  
rum gradus, Hali & Guido facies, suo more ap-  
pellarunt.

**προαντέλλοντε, simulacra, quæ cum decu-**  
rijs exorintur.

Dominus plenilunij, uel nouilunij, non ille pla-  
netæ, qui signo dominatur, in quo oppositio uel  
coniunctio fit: sed potius signi dominus, quod con-  
iunctionis uel oppositionis tempore horoscopat.

Traiectiones uocantur, quas transcurritæ stel-  
las, nouo nomine hodie quidam sic uocant, quales  
sunt capræ saltantes, faces, & trabes ignitæ.

Signifer, Græcè λόγος.

Gradus uocantur, singulū signorum 30 par-  
teis, æquis dimensionibus partitæ. Veteres Latini  
etiam parteis uocauerunt.

Mensis, totum illud spaciū, quo ad ☽ & ☽ ip-  
sa regreditur.

Annus, spaciū illud temporis, dum ad eum  
locum reuertitur ☽, unde duodecimo ante men-  
se discesserat.

Solstitialia signa uocantur, quod ☽, ubi ad ea  
profectus fuerit, antequam eius ad septentrionem  
evectione, aut in austrum declinatio, manifestior fa-  
cta sit, stare aliquādo creditur, & sunt θεος & θ.

Almugea Chald. planetarū inter se aspectus.

Noxij et minaces aspectus, aspectus quadrā-  
guli, oppositiq; atq; diametri.

Aspectus benevoli, qui sunt ex triangulis &  
sexangulis.

Stellæ positæ in hemisphærio superiore, dicun-  
tur aspicere horoscopum dextra irradiatione, siue  
hexagona, siue tetragona, aut trigona fuerit.

Sinistra radiatione sese contuentur, quæ in he-  
misphærio collocantur inferiori.

Aspectus platicus, τωλατης, qui est à signis  
tantum, & signa quidem ipsa sese aspiciunt.

Partilis aspectus, cū à stella ad stellæ immoran-  
tur tot cœli partes, quot configuratione ipsam cōsti-  
tuunt. Verbi gratia, cum ascendere ab ortu prima  
Arietis parte, ab occasu præcipitat se in hemisphæ-  
rion inferius, pars Libræ prima, in qua malefica  
constituta sit, aut in parte, haud ita multū distante.

Cardo cœli exorientis, hodie ascensens.

επιχοι, gradus, quibus deprehenduntur pla-  
netæ in zodiaco.

μοῖρα, unius gradus spaciū,

## DE DIFFINIT. ET TERMINIS

πρῶτη ἡ μῆνε, prima minuta.

δεύτερη ἡ μῆνε, secundaria minuta.

Circulus meridianus, quem ☽, quum super horum uerticem uenerit, ipsum diem medium efficiendo designat.

Σοὶ χειρομάτην, qui sigilla atque imagines ex mixturis ad stellarum cursus faciunt, tum ad sanandos morbos, tum uel ad effectus alios, uel corporis, uel animi, procurandos.

μαθηματικοὶ dicti sunt primum Pythagorae discipuli, eo quod Geometriam, et Gnomonicam, Musicam, ceteraque item disciplinas profiterentur, μαθηματικοὶ ueteres Graeci appellabant. Vulgus autem, quos genitilio uocabulo Chaldaeos dicere oportet, Mathematicos dicit. Exinde his scientiae studijs ornati, ad perspicienda mundi opera, et principia naturae procedebant, ac tunc denique nominabantur φιλοσόφοι. Autor Aul. Gellius.

κύκλοι figuræ quadrantal.

γράμμα μηνοῦ ἀπλατός, id est, linea et longitudine illatibilis.

αὐτοῖς, currus celestis. Nostri ueteres, àibus iunctis, Septentriones appellant, id est, à septem stellis, ex quibus quasi iuncti Triones figurantur.

## VENTORVM NOMINA, ex Gellio.

Eurus uentus, ab oriente uerno spirans, id est, ab æquinoctiali, alias æquinoctiis, à Romanis nauticis Subsolanus cognominatus.

Aquilo Boreas, qui ab æstiuo et solstitiali orientis meta uenit, ab Homero appellatus αἰγαληθέτω. Boream autem dictum putant ἄρτης Boëns, quoniam sit violenti flatus, et sonori.

Vulturnus ab oriëte spirat, Græcè θύρων, eo quod inter Nothum et Eurum sit.

Caurus, Græcè αἴρυος, aduersus Aquiloni.

Alter Fauonius, Græcè ζέφυρος, is aduersus Eurum flat. Vide de hac re Strabonem libro Geographiæ primo.

Aphricus, Græcè λίψ, is aduersus Vulturnum flat.

Auster, Græcè νότος, quoniam est nebulosus et humectus, uentus meridionalis; νότος enim Græcè humorem significat.

Septentrionarius, siue Græcè ἀπρίντας, obiectus directusq; in Austrum.

Circius, Gallis in primis cognitus uentus, ex sua terra flans, saeuissimus et turbinosus.

Iapix à finibus Apuliae perspirat.

Fatu Græci τε περιβλέψων uel ἐμβλέψω uocant. Est autem, ut inquit apud Gellium Chrysippus, sempiterna quedam et indeclinabilis series rerum, et cathena uoluens semetipse se se, et im-

plicans per æternos consequentiæ ordines, ex quibus apta connexa est.

Apparitio planetæ uocatur, dum planeta, qui aliquandiu sub radijs latebat solaribus, mane aut uespera apparere incipit.

Dicitur autem planeta latere sub solaribus radijs, quando quindecim gradibus ante uel post Solem fuerit.

Hæc, siue similitudo planetæ est, dum planeta diurnus in die super terram, nocte sub terra et planeta nocturnus die sub terra, nocte super terram: dumque planeta masculinus in signo et quarta masculinis et orientalibus, planeta uero femininus in signis et quarta femininis, et occidentalis compertus fuerit.

Bonæ configurationes planetarum existimantur, bonorum coniunctiones cum bonis, bonisque aspectus, scilicet trinus et sextilis luminarium ad inuicem, uel cum planetis, uel planetarū inter se.

Malæ configurationes, malorum coniunctiones, et aspectus eorundem oppositiones et quartæ.

Maxima debilitas planetæ uocatur, cum est combustus.

Retrocessio quoque nonnihil uiribus eius diminuit.

Combustus planeta uocatur, cum à Sole minus sui orbis medietate distat, aut tantum præcisè antē et post.

Medietas orbis H et L, est nouem graduum.

Medietas O, et P, et Q, septem graduum.

Medietas D, duodecim graduum.

Medietas C, quindecim graduum.

Progreditur planeta, dum motus eius in Ephemeride scriptus augetur.

Retrocedere dicitur planeta, dum minuitur.

Statio planetaria dicitur, ubi nulla graduum aut minutorum motione variatur.

Velociter planeta mouetur, dum secundum signorum cosequentiam, motus eius uetus uelocior est motu eius medio.

Tardius incedere dicitur, dum retrograditur, aut quam sit eius motus medius, pergit.

Auctus lumine uocatur planeta, dum à Sole, uel Sol ab eo retrocedit.

Minutus lumine planeta, qui ad Solem, uel Sol ad eum accedit.

Argumentum latitudinis Lunæ, est distantia capitis Lunaris, à capite Draconis sui.

Inimici uocantur planetæ, cum domos habuerint oppositas. uerbi gratia, Saturnus et Luna. nam et domus D opponitur P, qui est domus H.

Est et inimicitia planetarum, ratione exaltationum suarū. In eum modum L inimicatur O, cum eius exaltatio sit in D, et O in P, que sunt

sunt signa opposita.

Concordat planetæ in natura, qualitate, substantia, & potestate. & concordat cum ☽ in cœlilitate, ♀ cum ☽ in frigore & humiditate, ☉ et ♀ in natura.

Luna dicta est à lumine, quod per luminis solaris refractionem colluceat.

Sol nomen suum fortius est, quod solus inter astra tanquam princeps & antesignanus plurimum potest: uel quod à se lumen habeat suum, à nullo alio mutuo accipiat.

Vagæ, uel vagantes stellæ uocantur, quæ uulgo planetæ, uel errores.

Præfulxiones, quas alio nomine Lunæ facies appellant. Sunt autem numero decem, scilicet coitus, genna, ortus, surgens in cornua, orbe diuisa semim, diuidua, quæ διχότομοι uocatur, plenilunium, rursus semi diuisa orbe, & diuidua surgens in cornua. Quidam undecimum adiiciunt, Plesiphahen, siue ut alijs placet, Plesioselinon.

Coitus Lunæ uocatur, cum in eodem signi aliquius gradu cum Sole est.

Genna, Luna uocatur, cum recessit à coitu Solis gradibus quindecim.

Surgeré in cornua dicitur Luna, cum iam à Sole recedens, sexangulum efficit figuram.

Diuidua Luna, quæ ab Sole abiecit partes nonaginta, mundi sexangulum faciens figuram.

Semidiuisa orbe Luna, quæ in consequētia Solis distat partibus 120. △ habens.

Plesioselinos Luna, cum à sex signis, & partibus quatuor, in consequētibus 150. non amplius in oppositione.

Plenilunium fit, cum Luna in consequētia Solis distat partes 135.  $\frac{1}{2}$

Apocrisis uocatur Luna, cum declinauerit in oppositione à Sole parte una.

Epactæ, sunt Solaris Lunarisq; anni differentiae.

Annus Solaris habet dies 365.

Annus Lunarum habet dies 354.

Differentia inter hæc dies undecim, atq; hi uocantur Epactæ.

Spectantium signa uocantur, quæ æqualibus horis restituunt dierum & noctium magnitudines. Nam quia maxima hora est, Sole existente in Cancro, horarum quindecim; minima, Sole existente in Capricorno.

Aequaliter inter se inuicem potestatem dicuntur signa habere, quæ uidelicet æqualiter habent anaphoram, & si inuicem se consequantur, ut Aries & Pisces, Virgo & Libra. & si ad tria, uel quatuor, uel quinq; æqualis anaphoræ, ut ☉ & ☽, ☽ & ☽, ☽ & ☽, ☽ & ☽. Hæc

quidam audire se inuicem aiunt, non etiam se inuicem spectare propter terræ obumbrationem.

Diurnas stellas uocant Iouem & Saturnum, afferuntq; factionis ipsius Solis esse, quod non plures faciunt occasus, neq; figuræ: gaudent enim interdu ius suum dicere, necno diurnis in domibus.

Nocturnæ stellæ uocantur Martis & Veneris, Lunæ familiares. Multarum siquidem sunt figurarum, sepeq; in occasum ueniunt & obscurate.

Promiscua stella Mercurius: quorum enim figuræ se se accommodarit, eorum familiaris efficietur, matutinus Soli, Lunæ uespertinus.

Domos stellarum, & zonas, seu cingula uocant, duodecim zodiaci duodecatemoria, quæ sive quoq; nominant.

Apolimata, declinationes.

Centra quatuor sunt, horoscopium, occasus, meridies, & sub terra locus, uel hypogium.

Dodecatemorion uocatur, quod pars signorum sit duodecima.

Figuras stellarum ad se inuicem attestaciones uocant: nempe triangula, quadrata, sexangula, & diametros.

Dextrum uocant triangulum, & quadratum, & sexangulum, figuram, a qua abiuit stella: sinistrum uero, quod it: ut Sole existente in Leone, dextrum Arietis & Leonis Δ, sinistrum autem Sagittarij: dextrum quadratum Tauri & Leonis, sinistrum Scorpionis: dextrum \* Geminorum & Leonis, sinistrum Libræ.

Septem radios quælibet diffundit stella, tres quidem sursum, & totidem deorsum, unum porro in diametrum. quorum dextri sunt, qui sursum: sinistri, qui deorsum.

Parallagen uocant, cum per partium effiguratum stellarum iofscelis linea mutationem habuerint, ut Sol in Arietis partibus 19. Saturnus Libræ partibus 20.

Contactus & agglutinatio, dicitur congresus & consistentia duarum stellarum, uno in dodecatemorio, parte ferè una. Ac contactus, quæ & κόλλησι nominatur, Latine agglutinatio dici potest, uel copula: fit, cum in parte se contingunt, aut corpore, aut quavis figura antecedens stella consequētē: & si cōtingat celerius ire unam quæ antecedit, consequēte, tum altera præuenit una in parte alteram, eamq; contingit, uel non abest longius tribus partibus.

Effluxus fit, quando post contactum distinguatur celeriter stella, tardius mota. Siue ut placet Porphyrio, Effluxus uocatur, cū ab astro astrum effluit celerius tardiore, aut à copula proximè facta, aut à contactu per figuram, cum plures quam conuenias

DE DIFFINIT. ET

conueniat ad figuram constituendam, partes medias habere inceperint.

Orbiculari stella dicitur, cum consequens in praecedentem figura radium iaculatur.

Disiuncta dicuntur signa, & auersa, quae inter se figuram non faciunt.

Circumuallari dicitur stella, cum in huiusmodi figura fuerit, nempe obsepta: ueluti si sit Luna in Virgine, Mars in Ariete, comprehendit Virginem, Leonem, & Libram. Radius autem Martis, unus quidem fertur in Leonis triangulum, alter autem in Libram diametro: circumuallata igitur uocatur Luna à malis stellis.

Vocatur & obfessio hæc, cum binae stellæ in medio unam quodammodo intercluserunt, nulla in medium alia intermittente radium.

Medius iaculatus uocatur, cum in medios gradus stella radium proiecerit.

Transuictio dicitur, cum stella stellæ alteri copulatur, & illa rursus alteri: transuictus enim occasum unius in occasum alterius.

Complexus dicitur, cum uni stellæ differentes & uarie stellæ congregantur: tum enim uaga ea stella, illarum uim sibi aſciscit.

Auersio dicitur, cum dominus horoscopi non copulatur domino horoscopi significantis, quæ sunt de interrogationibus.

Præcellēs dicitur superas in signo positus duodecimo planetes eum qui in quarto: ut superat qui in Libra est, eum qui est in Capricorno: & qui in Capricorno, eum qui est in Ariete.

Aphetes dicitur planeta, cum ab ortu in occasum mouetur, hoc est, à consequentibus in antecedentia.

Prosthetes contraria uocatur, hoc est, cum ab occasu in ortum mouetur, nempe ab antecedentibus in consequentia.

Hypaugus planeta dicitur, cum ipsum Sol comprehendet, uel occultarit sub splendore suo, suisque radijs.

Fulxio, siue emersio est, cum fugiens planeta Solis lucem, primum emicuerit.

Matutina emersio, cū in ortu primū apparuerit.

Vespertina emersio, cum in occasu primum emerget.

Sunt præterea bina in celo loca, diametro in-

TERM. ASTROL.

ter se distincta, quæ etiam eclipticæ coniunctiones uocantur, quod in ipsis fiunt eclipses Solis & Lunæ, dum in ipsis fuerint: unusq; eorum coitus uocatur, Anabibazon, & quem recentiores caudam Draconis appellant: alter Catabibazon, & quem caput Draconis uocarunt.

Confinium dicitur, cum in eiusdem terminis fuerint stellæ, siue in facta glutinatione & copula, siue figura, ut quandoq; se inuicem spectantes in terminis eiusdem stellæ.

Inanis cursus, uero equia dictus est Græcè, cū Luna nulli copulatur, neq; per partes, neq; per figuram, neq; per agglutinationem, & ne quidem intra partes 30 fere in coitum est uentura.

Exhalma, quæ et exaltatio dicitur, cum per incessum Sol aut Luna, aut sors fortunæ ex genesi signum exeunte, in sequens signum inciderint.

Ecptosis, siue delapsus dicitur, cum ab horoscopo eductus annus, in illud inciderit signum, ubi antecedens coniunctio fuerit in genesi.

Liberatoria loca sunt in hemisphærio supra terram quinq; medium cœli, & utrinq; bina signa, nempe ipsum consequens & antecedens, & horoscopus, & occasus.

Liberationes uero quatuor, Sol & Luna, & sors fortunæ, & eueniens dominus ipsius genesis.

In splendoribus suis stellæ dicuntur collocatae, cum in domo sua aut sublimatae, aut terminis suis sunt positaæ.

Participatio est, cum eiusdem signi fuerit comparsus, uel clementer ipsum spectat planetem.

Particeps signi est simul dominus.

Simul dominatur, cum unius domus est alterius sublimitas.

In diuersum resolutio, quæ aīa τάχυτις nominatur, est, cum diurnæ nocturnarum, aut nocturnæ diurnarū domos aut sublimitates obtinuerint: aut quando posita in signis stellæ, bene denunciant, & signorum domini in malicia fuerint incommodi.

Malicia uocatur, cum quis pernicioſis radijs percutitur, aut obſidetur, aut in contactu pernicioſi, aut in copula fuerit, aut in diametrum uenit, aut superexceditur, aut dominatu poſidetur a pernicioſo male affecto.

FINIS.

DODECIM SIGNA ZODIACI.

♈ Aries

♉ Cancer

♊ Libra

♋ Capricornus

♉ Taurus

♌ Leo

♏ Scorpio

♒ Aquarius

♊ Gemini

♍ Virgo

♐ Sagittarius

♓ Pisces.

♃ Saturnus

SEPTEM PLANETAE.

♀ Venus

☽ Luna

♄ Jupiter

♂ Mars

☿ Mercurius.

# IVLII FIRMICI MATERNI IV

NIORIS SICULI V. C. AD MAVORTIVM

Lollianum Matheos liber primus.

P R A E F A T I O.



LIM TIBI HOS LIBELLOS, MAVORTI,  
decus nostrum, me editurum esse promiseram: ue-  
rum saepius inconstantia uerecundiae retardauit, &  
ab isto scribendi studio, dubia trepidatione reuoca-  
uit: cum præsertim fragilitas ingenij mei, nihil se sci-  
re tale posse conciperet, quod dignum fore tuis auri-  
bus iudicaret. Cum enim audaculam nimis, & super-  
uires meas, pollicitationem illam recordarer, qua ti-  
bi omnem diuinæ Matheos disciplinam dicatu-  
rum me esse spoponderam: hæsitantem saepius a-

nimum, hinc pallor, hinc rusticus quidam timor inuadebat. Nam cum esses in  
Campaniæ prouinciæ fascibus constitutus, cuius te administrationis merito ma-  
xima honoris dignitate nobilitas, occurreretq; tibi rigor hyemalium pruina-  
rum, qui te à rebus agendis semotum, ac prolixæ laborum itineris diuersitate  
confectum, & animum simul, & membra, aliquatenus relaxare suaderet: ad me  
primùm, in has oras Sicas, ad ea potissimum studia, quibus ab inéunte ætate  
uterq; nostrum deuinctus erat, sanguissime diuertisti. Vbi & languentis, & fati-  
gati corporis mei senium enixus es fidis & religiosissimis amicitiae reueare fo-  
mentis. Cum autem ad pristinum me statum solatijs ac medelis tuis, sanitas re-  
stituta reuocasset, recolêtes inuicem pristinos actus, & leuioris ætatis illecebras  
ad memoriam reuocantes, honestas & uarias sermonum fabulas inuicem con-  
ferebamus. Sed posteaquā de actibus & processibus nostris cōfabulati sumus,  
scrutatus à me es (sicut meministi) totius Siciliæ, quam incolo, situm: & unde o-  
riundus sum, & omnia quæ ueteres fabulæ prodiderunt, cum ueræ rationis ex-  
plificatione quæsisti. Quid uelit ex se Scylla, quid' ue Charybdis, quid concurren-  
tium in freta fluctuum turbulentia confusio, quos disiuncta ac separata maria,  
certo horarum tempore, ac spacio, contraria undarum collisione coniungunt.  
Quid faciant ignes, qui ex Aetnæ uertice erumpunt: quæ natura eorum, que' ue  
substantia, ex qua origine, sine iactura montis, tanta profiscantur & anhelent  
incendia. Qualis sit lacus, qui prope alueum Symethi amnis ostenditur, cui Pali-  
scus nomen est, qui semper crassitudine lurida sordidus, luentibus spumis ob-  
tressit, & strepente t coniugio stridulus, argutum murmur exibilat. Cætera eti-  
am omnia mecum recolens, & requirēs, quæq; tibi à primo ætatis gradu, & At-  
ticæ, & Romanae literæ, de admirabilibus prouinciæ Siculiæ tradiderunt. Adul-  
tim, ad Archimedis sphæram sermonem, atq; orationis tuae ordinè transtuli-  
sti, ostendens mihi diuinæ ingenij tuæ prudentiam, atque doctrinam: Quid no-  
uem illi globi, quid quinque Zonæ, quæ diuerso naturæ genere colorantur,  
quid duodecim facerent signa: quid quinque stellarum sempiternus error o-  
peret, quid solis quotidiani cursus, annuiq; redditus: quid lunæ uelox motus, as-  
siduaq; luminis uel augmenta, uel damna. Quantis etiam cōuerzionibus maior  
ille, quem ferunt, perficeretur annus, qui quinq; has stellas, lunam etiam, ac so-  
lem, locis suis, originibusq; restituit, qui mille quadringentorū & sexaginta uni-  
us annorum circuitu terminatur. Quæ ratio orbē lacteum faceret: quæ defectio  
nem solis, ac lunæ: cur septentriones nunquam cœli rotata uertigo, ad occiden-  
tem transferat, orientiq; restituat: quæ sit Aquiloni pars terræ, quæ uero Austro  
subiecta: quæ ratio terram ipsam, in media parte compositam, librata equalitatis  
moderatione suspendat. Quatenus oceanus, quod Atlanticum aiunt mare, ter-  
rae spaciū, in modum insulæ, undarum suarum circumfusione concludat. Hæc  
cum omnia mihi à te, Mavorti, ornamentum bonorum, facilí demonstrationis

magisterio traderentur, auctoritatem etiam ipse aliquid inconsulti sermonis temeritate proferre, ut promitterem me tibi editurum, quicquid Aegyptij ueteres, sa- pientes ac diuini uiri, Babylonijque prudentes, de uiristarum, ac potestatibus diuinorum nobis doctrinæ magisterio tradiderunt. Fui itaque, sicut ipse nouisti, in ista promissione temerarius, & me (ut uerum tecum loquar) frequenter seuera obiurgatione reprehendi: cupiebamque, si permitterer, mutare promissum. Sed trepidationem meam hortatio sermonis tui erexit, coegeraque aggressi, quod frequenter ex desperatione deserui. Nam cum tibi totius orientis gubernacula, Domini atque Imperatoris nostri Constantini Augusti, serena atque uenerabilia iudicia tradidissent, nullum prætermisisti tempus, quo non a nobis exigeres, quod tibi inconsulta pollicitatione promiseramus. Proconsuli itaque tibi, & ordinario consuli designato, promissa reddimus: orantes, ac ueniam postulantes, ne in ipsis libris pondus, & perfectæ gratiam orationis requiras: ne'ue tractatus maximi, aut graves, firmaque sententiæ, doctrinæ ue, atque eloquentiae monumenta tuo iudicio requirantur. In nobis tenue est ingenium, & sermo subtilis, & (quod uerè contendum est) Mathesis permodica. Quæ omnia cum nos uaria desperatione turbarent, aggressi sumus tamen scribendi labore, ne, licet in arduis ac difficultibus promissionibus constituti, prudentiæ tuæ, Lolliane doctrinæ, iudicia falseremus. In uestibulo itaque orationis, atque in ipsis principiorum primordijs constituti, nihil aliud agere debemus, nisi ut ipsi respondeamus, qui totam uitam Matheos, multiplici orationum genere labefactare conantur: qui sententijs ac disputationibus suis omnem hanc philosophiam, diuinamque scientiam, putant se posse elati sermonis autoritate perfringete. Quos, sicut ego iudico, & sicut ipsi rebus probatur, non infirmitas ipsius, falsitasque doctrinæ, sed contradicentium studia solicitant, ut certis ac definitis rebus, quas non tantum animo ac ratione cernimus, sed ipsorum oculorum acie ac iudicio conspicimus, argumentationis pugnaci licetia resistatur. Sic nanciū nimis abditis, ac subtilibus disputationibus suis, ex ipsis primis mathematicorum responsis, quasi per cuniculum quendam, ad labefactandam hanc totam scientiam, ire conantur. Qui quanto uehementius pugnant, quantoque magis omnes persuadendi uias querunt, tanto fidem astrologiæ uehementius, fortiusque communiunt. Nec enim esset eius uera substantia, nisi contra eam tantis argumentorum uiribus niterentur. Nec hoc est admiratione dignum, cum sciamus inter istorum, quanta sit de ipsa deorum natura dissensio, quantisque disputationum argumentis, uitam totam diuinitatis

*Varia de Diis* contentur euertere: cum alijs deos non esse dicant: alijs esse quidem, sed nihil pro- opinio. curare definiunt: alijs, & esse, & rerum nostrarum curam, procurationemque susci- pere: & tanta sint hi omnes in uarietate, & dissensione uersati, ut longum & alie- num sit, hoc præsertim tempore, cum aliud opus aggressi sumus, singulorum e- numerare sententias. Nam alijs, & figuræ his pro arbitrio suo tribuunt, & loca as- signant, sedes etiam constituant, & multa de actibus eorum, uitaque describunt: & omnia quæ facta & constituta sunt, ipsorum arbitrio regi, gubernarique pronun- ciant. Alij, nihil moliri, nihil curare, & ab omni administrationis cura uacuos es- se dixerunt: afferuntque omnes uerisimile quiddam, quod auditorum animos ad fa- cilitatem credulitatis inuitet. Quæ uero de animæ immortalitate dicta sunt, di- uini illius Platonis, & acerrimi atque ardenterissimi Aristotelis, contraria sibi, ac re- pugnantia dicta demonstrant. Nam de bono ac malo, diuersæ inter se, mobi- lesque sunt sententiae: quarum explicationem nunc prætermittendam puto. nec enim hoc genus disputationis intrauimus: nec ad hæc refutanda, uel confirmanda, animu nostru, consiliuque formauimus. Sed omnia hæc ideo breui oratione per- strinximus, ut contradicentiū contentiosa commēta, cunctis hominibus, patefa- cto sui studio, panderentur. Libet itaque recensere, quæ de Matheo dicantur, & cura est omnia quæ ab illis dicta sunt, breui oratione perstringere. Explicaruri enim Matheos, atque astrologiæ substantiam, non debemus diu- tius in alienis operibus immorari.

Matheos

LIBER PRIMVS.  
MATHESEOS ADVERSUS AEMVLORVM

argumenta. Caput I.

**P**RIMVM itaq; de moribus hominum, coloribusq; conueniunt, dicentes: Si stellarum mixturis, mores hominibus, coloresq; tribuntur, & quasi quodam picturæ genere, atq; artificio, stellarū cursus, mortalium corporum linea menta componunt, hoc est, Si Dicitur candidos, & rubros, & nigros: cur omnes in Aethiopia nigri, in Germania candidi, in Thracia rubri procreantur? quasi Dicitur & in Aethiopia uim suam, uiresq; non habeat: & potestatem suam, fingendiq; licentiam, in Germania ac Thracia Saturni deserat stella. De moribus uero illud addunt: Si Habet facit cautos, graues, tardos, auaros, ac tacitos: & maturos, bonos, benignos, ac modestos: & crudeles, perfidos ac feroce: O religiosos, nobiles, ac superbos: & luxuriosos, uenustos, & honesto gratiae splendore fulgentes: & astutos, callidos, & concitati animi mobilitatibus turbuléto: Dacutos, splendidos, elegantes, & popularis splendoris gratia præualentes: cur quædam gentes sunt sic formatæ, ut propria sint morum quodammodo unitate perspicuae? Scythæ soli immani feritatis crudelitate grassantur. Itali fiuit regali semper nobilitate præfulgidi: Galli stolidi, leues Græci, Aphri subdoli, auari Syrii, acuti Siculi, luxuriosi semper Asiani, & uoluptatibus occupati, Hispani elata iactantiae animositate præposteri. Ergo Scytharum rabiem nunquam mitigat Iupiter: nec Italiam aliquando O denegabit imperia: nec leuitati Græcorum Saturni stella pondus imponit: nec Asiana lasciuia, sobria Iouis moderatione corrigitur: nec Siculorum acumen, frigido ortu alii quando Saturni obtunditur: nec Syrorum auaritia, lasciuia Veneris radiationibus temperatur: nec Aphrorum maliciosa commenta, & bilingues animos salutare Iouis sidus impediet: nec Hispanorum iactantiam, pigrum poterit Saturni lumen hebetare: nec Gallicam stoliditatem & sapientissimum sidus exacuet. Illa uero ipsorum interea potentissime & uehementer contra nos posita peroratio est, quod aiunt: Ex istius artis instituto, omnia ex rebus humanis uirtutum officia tolli. Si temperantia, fortitudo, prudentia, iusticia, stellarū decretis, non nostris tribuuntur uoluntatibus, iam non ex assidua uirtutum lucubratione, sed ex solis stellarum influxibus pendebamus. At contra, si quis societatis, charitatisq; vinculum ruperit, & cœciliationis humanæ iura neglexerit, totumq; se feritati, perfidiaeq; tradiderit, facinus suū, & animi peruersas cupiditates secutus, stellarū iudicij ascrivat: si iniquus, si perfidus, si malevolus, si irreligiosus, quia haec uita, mala Mercurij cum Marte perficit constellatio, iam non sibi, sed impellentibus stellis uictio tribuat: cur animum nostrum fortitudinis studio roboramus? cur erecta mente, sublimiç; constatia, & diuinarum uirtutum magisterio formati, in acerbis casibus constituti, mortem, doloresq; contemnimus? si gloriae laudem, & potestissimæ dignitatis insignia, nec appetetibus nobis, Sol, Iouis bona coniunctionis societate largitur: frustra igitur cōsilio, ac ratione, errantis animi tristia cōprimimus, frustra luxuriosas libidinū illecebras temperamus, frustra gratiatis instinctu æquitatis modestiam, iuræq; conquirimus: si Q, Iouis, ac D bonis radiationibus temperatus, ad desideria nos & cupiditates istius uitritus inflamat. Etiam singulos homines, hac disputationis oratione conueniunt. Frustra habes, o bone uir, delectum bonarum rerum, ac malarum fugiendi cupiditatem, si te sentis ad illas aliud cōpulsum. Quid te honestis proutisionibus, ac diligentiæ suffragijs munis: si totū hoc tibi, non scientia, sed aut h prestitum, aut U Cōtemnamus igitur (si uidetur) deos, & religionū sanctas uenerabilesq; ceremonias, sacrilego desperationis ardore publicemus, si sine ipsorum numine, stellis tantum iuuatibus, omnia consequi possimus. Quid inuocas arator deos? sine cura numinis tui, stellarum tantum influxu, genio segetis, sulcus æquatus est. Tu, qui per apertā iuga, uinearum aciem distinctis componis ordinibus, frustra deuotes uitium palmites Libero tuo, religiosa cum trepidatione cuiusquam, si sine præsidio diuinitatis, stellarum cursu aut denegantur, aut dantur. Tu, qui promulgas leges, ac ius

ra sancis, tolle scita, refringe tabulas, et istis nos seuerissimis animaduersiōibus libera. Illum sacrilegum, ♀ (ut mathematici uolunt) illum adulterū, ♀ fecit, illum ad necē hominum ♂ fidus armauit: illum mutare tabularum fidem, illum uenēna miscere: illum quiescentium securas animas, etiam lethæi fluminis obliuione purgatas, ♀ cogit nefarijs carminib⁹ excitare. Ecce ille incestis inflammatur ardoribus: illum uides puerorum cōplexib⁹ inhārentem. causam huius tant⁹ mali, Marti tribuimus, aut ♀: & ille, te iubente, manu carnificis, sine causa percussus est: in illum perperā dīcta sententia est, si nō suo studio, sed stellarum uitiosa coactus est radiatione peccare. Non habetis magistratus iustā animaduertēdi substantiam, quia scitis nos ad ista uitia malignis stellarum semper somitibus incitati. Hæc atq; alia simili oratione componunt, quærentes utrum nam stellas animalentes aut inanimantes esse dicamus, ut istius quæstionis conclusione confusi, difficile animi nostri iudicium, sententiamq; promamus: quicquid enim horum dictum fuerit, syllogismorū aculeis in contrarium uertunt: ut ad arbitrium ipsorum constrictus, respondentū sermo consentiat. In quibus rebus & disputatiōnibus, ingenia quidē nos eorum laudamus, propositum uero institutumq; uitamus: quia nobis fidem suam astrologia, responsionum, apotelesmatumq; diuinis ac manifestissimis autoritatibus comprobauit. Addūt etiam quidam (ut nobis ex alia parte cōsentiant, & ut e blandito consensu totam istam scientiam, dubitationis desperatione conturbēt) habere quidē doctrinā iusta uim maximam, sed ad liquidum propter partium, minutiarūq; breuitatem, ac uelocissimū siderum cursum, cœliq; prouum rotatæ uertiginis lapsum, nemine peruenire posse mortalium, ut ista eorum uerisimili definitione sermonis, totius scientiæ substātia subruatur. Nos uero, licet sit nobis tenuē ingenium, & angusta orationis penē inefficax sermo, cū deberemus ipsius tantū rei ueritate refutare quæ dicūt, & responsū, apotelesmatūq; cōstantia, diuinæ istius sciētiæ cōfirmare precepta, respondebimus tamē, à te (decus nostrum, Lolliane) ueniā postulātes, ut refutatiōnibus omnibus, ueritatis fides, non orationis splendor ac substātia requiratur.

## O B I E C T O R V M D I S S O L V T I O . C A P . II.

**E**T primum quidem uellem, ut profiteretur iste uehemē Mathematicorum accusator, qui artem istam tam elata oratione persequitur, Vtrum nam cœperit aliquod ipsius scientiæ experimentum: an sciscitant ei, nemo uera responderit: an uero aspernatus audire, & sperans aures suas istis responsionibus polui, seuerus, & uehementis, & totius quodammodo diuinitatis iura perturbans, argumentorum suorum aculeos, licentia exercitati sermonis exacerberit. Si quærenti ei uera responsa sunt, & respondentis sententiam fides secuta est ueritatis, cur notat, quod admirari debuerat: cur diuinā scientiam, proditoris animo, perfidus accusator impugnat? Si uero erraticis respōsionibus, is qui Mathesis se scire profitebatur, nō potuit implere quæ dixerat, sed responsa eius, mendacia promissionis immaculantur, imperitia tantum illius, temeritasq; nō Mathesis ipsa pulsanda est, & fallax infamanda promissio. omni enim malo dignus est, quod per illum fiat, ut tam præclaræ artis studium, falsis responsorū mendacijs obumbret. Qui uero querere aliquid aut audire noluit, nec iudicium aurium suarum, uera respondentibus commodatit, ueritus scilicet, nē rigidas cogitationes suas, fides ueritatis infringeret: iniquè facit, si notandum putat, quicquid potuit, uel nō potuit obtusa mētis intentione percipere. In iusti sunt enim semper (sicut nouimus) iudices, qui de incognitis sibi pronunciant rebus. non habent etiam iudicandi autoritatem, qui ad statuendum aliquid imperita licētia temeritatis adducuntur: neq; ad effectum sententiae, inexaminati partis allegationibus, proferuntur. Vnde si impugnat is, qui à prudentissimo Mathematico & audiuit alicuius, & credidit, & probauit, maliciose mentis instinctu, & pugnaci studio, notabilia contradicendi uota concepit. Si uero interroganti ei imperitus professor falsa respondit, non Mathesis, sed hominis fallax ac temeraria notetur in scititia. Qui uero nec audire uoluit, nec iudicare, frustra sibi pronunciandi uendi-

cat partes : quia eius rei, cuius experimentum capere noluist, non est idoneus, ut possit notare substantiam. Quod uero nos in isto studio quidam, opposita scientiae eius difficultate, deterrent, libenter amplectimur. Verè enim sunt res arduæ, *Animus uitij* atq; difficiles, & quas non facile possit animus, terrenis sordium laqueis *pollutus.* tuts, licet ipse ignea sit diuinitatis immortalitate formatus, facili inquisitionis ratione percipere. Diuinitas eius, quæ sempiterna agitatione sustentatur, si in terreno corpore fuerit inclusa, iacturam quandam diuinitatis suæ patitur temporalem, cum uis eius atq; substantia coniunctione & societate terreni corporis, & assida dissolutione immortalitatis, hebetetur. Vnde fit, ut omnia quæ ad inuestigationem diuinarū artium pertineant, difficulti semper uobis cognitione tradantur. Quapropter, quia nos libenter ac facile in ista parte consensimus, ostendentes cur diuinæ res difficulti inquisitione cernantur, confiteatur etiam ipse necesse est, quod animus, qui immortalis est, si à uinculis ac libidinibus terreni corporis fuerit separatus, ac suæ originis & seminis constantiam retinens, uim suæ maiestatis agnouerit, omnia quæ difficultia atq; ardua putantur, facile diuinæ mentis inuestigatione consequatur. Dic mihi, quis in cœlo iter maris uidit? quis attritu lapidum, scintillam latentis ignis excussit? quis potestates cognovit herbarum? cui *Animi uis.* se tota natura diuinitatis & ostendit, & prodidit, nisi animo, qui ex cœlesti igne profectus, ad regimen & gubernationem terrenæ fragilitatis immissus est? Ipse huius scientiæ rationem, ipse computos tradidit, ipse solis: ac lunæ, & cæterarum stellarum, quæ à nobis errantes, à Græcis uero planetæ dicuntur, cursus, regresus, stationes, societas, augmenta, ortus, occasusq; monstrauit: & in fragilitate terreni corporis constitutus, breui maiestatis suæ recordatione, hæc omnia, ut truderet, non dидicit, sed agnouit. Ecce agnoscitur & inuenitur quo in signo Satur. *Stella H.* ni gaudeat stella, & quando frigus eius fomento alieni ardoris incalescat. Ecce motus & cursus eius, per dies singulos horasq; colligimus. Prædicimus etiam, quando retrogradus ad stationem pristinam reuertatur, quando tarditatis eius pigros cursus, regali maiestatis autoritate, uicinum solis numen exagit: quādo profectus ab eo solis ardor, tardæ agitationi quietâ tribuat potestate: post quantum tempus ad eandem signi partem, unde semel recesserat, pigra rursus molitione perueniat. Hæc & in *L* stella eadem ac parি ratione cernuntur. licet enim breuiori temporis spacio, simili tamen etiā ipsa per duodecim signa, agitatione percurrat. & etiam, quem uides ignitis fulgorum ardoribus, sanguinolentum, & minaciuī luminis coruscatione terribilem, ecce cum ad Saturni humectâ uenerit dominum, ignes suos natura alieni frigoris temperat. & licet sint incitatores huius sideris cursus, eadem tamen etiam ipsi ratione cernuntur. Veneris quoq; & *♀*, quo *♀*, *♂* tidiana nobis obsequia monstrata sunt. Hæ enim stellæ, breui interieicto spacio, circa solis orbem præcurrunt pariter, aut sequuntur: aut una subsequens stella, alteri præundi concedit obsequia. Scimus, quando uespertino, quando matutino ortu nobis appareant, quando solis orbe absconsæ lateant: quando ex radij eius splendore liberatae, lucido sui nitore præfulgeant. Quid de lunæ uobis cursu uideatur: quam didicimus, quando supplementis solennibus, attriti orbis nutriat damnæ: quando pauperata luminibus, iacturam propriæ maiestatis agnoscat. hec enim cum uicina soli, siue crescens, siue deficiens fuerit, radios luminis sui, quasi sollem uenerata, submittit: ut fraternalis ignibus rursus ornata, cum longiores cursus sui fecerit metas, renata fulgidi splendoris, a crenouata luminis ornamenta circuferat. Ecce aliud maius addiscimus, quod cū acciderit, imperitos homines, monstrosa semper timiditate perturbat. Cum *O* medio diei tempore, lunæ radijs, quæ quibusdam obstaculis impeditus, cunctis mortalibus fulgida splendoris sui de negat lumina, quod Optati & Paulini consulatu (ut de recentioribus loquar) cunctis hominibus futurum, Mathematicorum sagax prædictit intentio. Quando rursus luna, terrenarum altitudinum adumbrata regionibus, simili ratione deficiat: quod frequenter fieri, lucida noctis serenitate, peruidimus. Hæc omnia Mathematicorum collegit ingenium, & computatione solerti, diuinæ disputationis

tionis secreta perdidicit. Velle itaque mihi tu, quicunque es, quærenti ea respondas, quid difficilius putas esse, cursus siderum inuenire, quos nunc inuentos exposui, qui modò per altum, modò per latum, modò per demersum feruntur: qui nunc se Austris, nunc Aquilonis regionibus, ac flatibus iungunt: nunc decedunt, nunc absconduntur: nunc directo cursu, nunc retrogrado, nunc statua tarditate subsistunt, & intentionem quærentium, ex ista cursus sui uarietate confundunt: an inuentis stellarum cursibus, definire postea, quid per omnem terrarum ambitum, mixtura ipsarum, radiatioque perficiat. Qui enim ad consentiendum ipsa rationis ueritate compelleris, quod cursus hos siderum assida obseruatione computationis inuenimus: consentias necesse est, quod inuento stellarum cursu, facile postea officia ipsarum, potestatesque iudicemus. Difficilia sunt enim semper & ardua, ad quæ rudes & indocti, inconstantia trepidationis, accedimus. Nec facile possumus consequi ratione, quicquid non præcedentia nobis magisteria tradiderint: sic prima literarum signa, cum quadam fastidijs aspernatione cognoscimus. Sic in incognito itinere constituti, in primis uestigijs penè deficimus. Vides, ut primos discentes computos, dígitos tarda agitatione deflectat: Ille, quem uides natantem, ex crebra submersionis trepidatione deficere, post paululum, a fiduca brachiorum agitatione firmatus, per summas elapsus undarum spumas, facili se mobilitatis leuitate suspendit. Quoniam hæc omnia, hoc est literas, computum, musicam, cetera que quæ discimus, tunc facili ratione percurrimus, cum primæ originis uiam, confirmata ingenij conceperit disciplina. Ergo quia constat, difficilissimū fuisse inuenire stellarum cursus, quam definire quid faciant (de inuento enim earundem cursu, nulla dubitatio est: quem uolentibus discere, primū calculo, deinde ipsa oculorum uisione monstramus) quid impugnat scientiam: cuius principijs, ac parti consentientes, totam eius substantiam roboratis.

## ARGUMENTORVM CONFUSIO. CAP. III.

**S**equitur, ut de coloribus ac moribus disputemus: & omnem istum caluniosæ quæstionis locum, ueris argumentorum uiribus refutemus: ut discussis omnibus, atque purgatis, securi ad ipsius scientiæ uenerabilia secreta ueniamus. Cur, inquit, omnes in Aethiopia sunt nigri: in Germania candidi: si figuræ hominibus, & colores, stellarum cursus, diuersa radiationis commixtione largitur? Oportebat nos quidem in ista quæstionis parte, copiosa oratione pugnare, ut astuta & calumniosa commenta, adulti sermonis uiribus uincerentur: sed coartauiimus omne dicendi studium solis ueritatis uiribus, ne copiosæ orationis illecebbris, affluentiaque sermonis, & argumentationis licetitia, captas iudicantium aures, ad falsarum opinionum ineptias transferamus. Et primū quidem uellem, ut is quærenti mihi respondeat, an in hoc ipso populo, in quo nunc constituti sumus, una sit omnium hominum, similisque forma, licet sit omnium una natura. Opinor hoc eum esse dicturum, quod ciues nostri omnes dissimili sint uultus uarietate formati, nec eadē sit omniū, similisque forma. Et si dubitat (quod non opinor) aspiciat, cum in unum se locum totius populi multitudo collegerit, quod in theatris, uel concionibus fieri consuevit, & oculorum suorum aciem, iudiciumque, ad formam totius transferat turbæ: & ostendat mihi (si potest) duos saltæ aliquos, in tantis millibus hominum, qui iisdem, ac similibus membrorum lineamentis uideantur esse formati. Prodeant simul patres, liberi, fratres, cum enim sit unico omnium necessitudo sanguine functa, diuersa tamen formarum designatione cernuntur. Nec inuenitur aliquis ita similis, ut non uultus eius ab alterius uultu ex aliqua parte dissentiat. Vnde constat, generis quidem nostri substantiam, & ipsam nudi, ac solius corporis formam, ex quatuor ele-

Quatenus stel-  
larum uis in  
nos distribua-  
tur.

mentorum commixtione, prouidi numinis artificio esse formatam. Colores uero nobis, ac formas, mores etiam, & instituta, de nulla re alia, nisi stellarum perenni cursus agitatione distribui. Habent enim stellæ proprium sensum, diuinamque prudentiam, nam puro diuinitatis animatae conceptu, summo illi ac recto,

rectori Deo, qui omnia perpetuae legis dispositione composuit, ad perennis pro *In terra non es creationis custodiendum ordinem, infatigabilibus confessionibus obsequuntur. Nec enim est alius homo, quem tam sacrilega desperatio temeritatis exagit, ut in terra, ubi omnia uidet esse mortalia, dicat esse prudentiam: illic uero, ubi omnia immortalitatis perpetuitate ornantur, non prudentiam esse, non rationem, aut prouisionis ordinem, obstinata mentis animositate definit. Quis dubitat? quod per has stellas, terrenis corporibus, diuinus ille animus necessitate cuiusdam legis infundatur: cui descensus, per orbem solidis, tribuitur: per orbem uero, preparatur ascensus. Mens enim illa diuina mente na, animusque celestis, per omne mundi corpus, in modum circuli colloca omnia gubernatus, & nunc intrinsecus, nunc extrinsecus positus, cuncta regit, atque componit: & propria originis generatione conceptus, se ad procreanda & conservanda omnia, ignita ac sempiterna agitatione perpetuat. Nec hoc officium aliqua fatigatione deponit, ut seipsum, atque mundum, omnia que quae intra mundum sunt, perpetua sui atque infatigabili mobilitate sustentet. Ex hoc animo, hi sempiterni stellarum ignes, qui globosae rotunditatis specie formati, circulos suos, orbes que, celeri festinatione perficiunt, maiestate diuinæ illius mentis animati, partem animi ad terrena corpora transferunt, & spiritum ex illis perpetuis animi somnitibus mutuantur. Hac ratione immortalis animus in nobis caducam terreni corporis fragilitatem, confidentia suæ maiestatis exornat, ut ipse autoris suo, originique, ex aliqua parte respondeat. Qui diffusus per cunctos animantes, qui terrena conceptione gignuntur, facit, ut diuino animati fomento, perpetua generationis propagatione uigescant. Quare nunc, cum simus cum stellis quadam cognatione coniuncti, non debemus eas sacrilegis disputationibus, proprijs priuare potestatisbus, quarum quotidianis cursibus & formamur, pariter & creamur. Vnde, quod tu per nos fieri posse definis, ut homines à cultu deorum, religionum que, profano mentis furore, reuocemus, qui omnes actus nostros, diuinis stellarum dicimus cursibus confici. Falleris, & contrarium putas, & à uera nimium ratione dissentis. Nos enim timeri deos, nos coli facimus. nos numen eorum, maiestatem que monstramus, cum omnes actus nostros diuinis eorum dicimus agitationibus gubernari. Colamus itaque deos, quorum se nobis origo, stellarum perenni agitatione coniunxit. & maiestatem eorum, gens humana supplici semper ueneratione suscipiat. Inuocemus suppliciter deos, & religiose promissa numinibus uota reddamus, ut confirmati animi nostri diuinitate, ex aliqua parte, stellarum uiolentis decretorum potestatisbus resistamus. Hoc debere nos facere, uir diuinæ sapientiae Socrates docuit. Nam cum quidam ei de moribus suis, cupiditatibus que dixisset, quas ille simili ratione collegerat: Sunt, inquit (ut dicas) agnosco, confiteor. & uir prudentissimus, latentia corporis uitia, facilis confessione detexit. Sed haec, inquit, omnia, à me, prudentia, acuirtutum autoritate, superata sunt: & quicquid uitij ex prava concretione corpus habuerat, animi bene sibi conscientia diuinitas temperauit. Hinc intelligi datur, stellarum quidem esse, quod patimur, & quod nos incentiis quibusdam stimulat ignibus: diuinitatis uero esse animi, quod repugnamus. Nam quod ad leges pertinet, quibus peccata hominum, severa correctione plentuntur, eas recte prudentissima constituit antiquitas. Animo enim laboranti, per eas opem tulit, ut per ipsas, uis diuinæ mentis, perniciofa corporis uitia purgaret. Sed iam ei qui ad istam nos necessitatem quæstionis adduxit, dilecta response ea, que de moribus, & coloribus parabatur, cuius fundamenta, ex aliqua parte iacta sunt: ostendamus etiam leges potestati fatorum necessitatibus plis fatorum seruire: & hoc eas semper facere, quod fatorum decreuit autoritas. Quod ut prouinam, atque necessitemus, longiora repetere debemus exempla. Ecce ille iuuenis, integer uiribus, diuines, innocens, & modestus, nullo domestici facinoris exagitatus impulsu, nulla timoris trepidatione compulsus, laqueo se suspendit, & perdidit. Alterius*

Socrates.

iam palpitatis, laqueum rupit inimicus: & qui se ob dedecus uitae, mortis, propria animaduersione dederat, soluto laquo, iudicantis sententia liberatur. Quis hoc alius, nisi uis fati, necessitasq; perficit: ut ministri necis, qui ad exhibendum reum fuerant destinati, oppressum malis suis hominem, & conscientiae animaduersione damnatum, ex medio imminentis mortis periculo liberarent? Ille rursus, cui omnes innocentiae testimonium perhibebant, stricto gladio, tanquam cogere- tur, incubuit, & minacem mucronis aciem, costis innocentibus condidit. Ille uir integer, sobrius, ac pudicus, cuius uitam semper sumus institutumq; mirati: ecce per præcipitia projectum corpus, flebili laceratione dispersit. Ille autem iustus, uitam suam misera mendicatione sustentat. Ille uero, quem famosi sceleris macula- uit infamia, felicibus subleuatur augmentis, & maximis honorum cumulatur insi- gnibus. Ecce pirata, post infinitas innocentium neces, in cruento sinu, felices sur- scipit filios. Ille autem innocens, & ab omni scelerum contagione semotus, ab o- mni felicitatis munere scelestorum hominum separatur inuidia. Cui haec tribuis? quis ita fieri permittit? cui tantum de nobis licuit? Da manus, & aliquando istis nos contentionum conflictationibus libera, ut haec omnia, quæ fragilis & cadu- ca consueuit ferre mortalitas, fortuitis stellarum cerni cursibus, etiam tua confes- sione confirmes. Quid de honoribus malorum, ac fuga, exilijsq; bonorum dice- mus? Vides illum seruilibus maculis infectum, sordes ac labem generis sui, con- sularium fascium nobilitate protegerer? Ille ingenui sanguinis ornamenta circum ferens, honorum debitum est priuatus insignibus. Ille in primo ætatis gradu pos- tis, nulla præferens ornamenta uirtutis, omnes honores præcipiti celeritate con- tinuat. Ille iam deficientis ætatis senio confessus, & testimonio egregiae uitæ or- natus, cursus nunc primos in adeundis honoribus auspicatur. Quæ istu seni ra- tio retardauit: aut quod illi omni honorum ornamenta, uitæ meritum pollicet- batur? Quis illum iuuenum ad tantum honorum cumulum, de quo nihil adhuc tale sperare poteramus, cursus repentinæ felicitatis impegit, nisi uis illa, quam di- cimus fati, quæ stellaru agitatione perficitur, operata est, ut illum cogeret, huc re tardaret? Quid iam de damnationibus loquar malorum, peccatorum, aut crimi- num? Merito dicebas paulo ante, frequenter uidimus huiuscmodi iniurias, o- mnium consentiente iudicio, innocentibus irrogatas. Prudentissimum illum A-

**Vim fati stellarum agitatio- ne perfici.** **Socrates.** theniensium, & singularis iustitiae iurum, qui uitæ atq; uirtutum merito, sapien- tis cognomen acceperat, infamis testulæ iactus exegit. Socrates uero, cuius pru- dentia testimonio diuinitatis ornatur, formatis moribus hominum, & diuina in- stitutione compositis, falsis accusationibus obrutus est, & acerbæ delationis one- ratus inuidia, indefensus & proditus, seueræ animaduertentium potestati succu- buit. Quoties fortuna Imperatorem Alcibiadem, quoties exulem fecit? Quid de ista sortis uarietate dicemus? Patiebam haec Alcibiades, ad ciuilem imperandi mo- dum, Socratis diuini magisterij institutus: & cum semper & ubiq; prosperè du- xisset exercitum, fortunæ tamen contra se saeuientis inuidiam uitare non potuit. Sed illu forsan (ut quidã uolunt: absit enim, ut hoc nostra oratione firmemus) pra- uarum cupiditatum desideria cæperant, & incaute temeritatis febellit improuisa uis. Vis ergo aliud proferamus exemplum: ut uel sic ad confessionis angustias co- arteris: Platonem cum illis animi uirtutibus, cum illa sapientiae doctrina, uendi- dit fatum, & illam diuini animi disciplinam, tyrannicis crudelitatibus, ac ludibri- osis Dionysii potestatibus tradidit. Si haec non sufficiunt, ad Pythagoræ naufra- gia reuertamur. qualis ille uir fuerit, omnibus notum est: cuius uirtutem, sapien- tiam, prudentiam que, & diuini animi commenta, & hominum & deorum probauere iudicia. Ecce, ad summum cuncta perdidicte: & ne quid deesset eius diuino ingenio, peregrinis etiam magisterij imbutus, ad omnia sapien- tiae secreta penetrauit. Et ut uerius loquar, diuini animi intentione primus, im- mó potius solus, in ista positus fragilitate terrena, naturam & originem pro- uidi numinis, ac diuinæ maiestatis inuenit. Salutare enim illum (ut quidam uolunt) & prouidum numen, per dies singulos sequebatur, cuius monitis

**Alcibiades.** **Plato.** **Pythagoras.** **Pythagoras.** **Pythagoras.**

atq; præceptis, purgatis animi sordibus ad omnia peruenit ornamenta uirtutis: extorrem tamen, atq; exulem, ciuiū suorum seuerissima decreta fecerunt. Ipse pā triam fugiens, totamq; Græciam, ad aliena primum transiuit imperia, Sybarim & Crotonam exul incoluit. Sed nec ibi illū diutius fortuna detinuit. Nam nunc per Locros, nunc per Tarentū, & per omnes penē Italā oras fugitiūs errauit. ecce ad ultimum flamma sœuiente circundatur, & cū illo pariter miserorum turba, incendio grassante conficitur. Quid aīs: etiā nunc derogas fato: & stellarum uim obstinata animositate comtemnis, cum uideas honorū malos exitus, malorum prosperos actus, & nocentū securitates. cui hēc tribuis: cuius hæc putas fieri decretis? Iniqui sumus, si, cum hæc omnia nobis fatorū imperia decernant, adhuc rigidē contradictionis animositatib. repugnamus. In summa tibi respondendum est, quia hoc nos facere, præsentia hortātur exempla: & ille qui nocēs est, fato cogente seruatur: & ille qui innocens, damnatur, fatali necessitate compulsus, seueræ animaduersiōnis sententiā pertulit. Ad te nunc singularē uirum Plotinus. Plotine ueniemus, ut allegationes nostras, recentium exemplorum patrocinij muniamus. Quas ille philosophiæ non attigit partes: cum doctrina eius, uitæ sequitur insignia: Cum id quod docebat, non alienæ, sed propriæ uirtutis ostenderetur exemplo: cuius ex ore, tanquam ex adyto quodam, diuinæ sententiæ proferebantur. Fuit namq; ille uir ad omnia uirtutis ornamenta compositus, & omni dittinarum dispositionum studio formatus, iustus, fortis, prouidus, temperatus: & qui se crederet fortunæ impetus, prouidētia posse ratione superare. Primum itaq; locum sibi quietæ sedis elegit, ut ab omni humanae conuersationis strepitu separatus, fortunæ se liberaret inuidia: solis diuinæ institutionis uacaturus insignibus, ut contra omnes fortunæ minas, integro se & incorrupto præsidio uirtutis armaret. Ista itaq; confidentia mentis erectus, etiam corporis sui curam, tuitionem suscepit: utq; nihil uacuum ac nudum relinqueret, ubi se posset licētia fortunæ sœuientis exerere, in salubri se ac pura regionis parte cōstituit. Nam ad collocandam sedem, amoenum sibi Campaniæ ciuitatis solum elegisse narratur: ubi Campanie laus. semper aeris quieta moderatio, cunctos incolas salubri uegetatione sustentat. ubi nec uis hyemis est, flagrantis nec solis accessio: sed composita temperies, ex utroq; moderatur: ubi ægritudine aliqua laborantibus hominibus, ingentiū fontium calore, & feruescentium aquarum salutari fomento, conciliata sanitas irrigatur. Illuc constitutus, honorum primum contempsit insignia: illos ueros honores putans, quoscunq; illi diuinum prudentiæ magisterium contulisset. Nulla illum diuinitarum desideria cæperant: sed has putabat esse diuinitias, quibus animus ornatus, autorem possit propriæ originis inuenire. Ecce in quadam parte orationis suæ (sicut mihi uideb̄) improvidus, & incautus, & uim fatalis necessitatibus aggreditur: & homines fortunæ decreta metuentes, seuera orationis obiurgatione castigat: nihil potestati stellarum tribuens, nihil fatorum necessitatibus reseruās, sed totum dicens in nostra esse positum potestate. Longum est enumerare quid de rebus singulis senserit, qua se ratione fatali sorte subtraxerit, qua uim istā, hoc est, stellarum atq; fati, sententiarum argumentatione turbauerit. Sed hæc adhuc integer, incolumisq; narrabat: nunquam ille ad Socratis finem, Platonis' ueexitum, contorsit oculos, uel mentem, utiq; (sicuti suspicari datur) multa illorū mentibus, multa uitijs ascribens. Ecce se illi, ista confidentiæ animositate seculo, tota fatorum potestas imposuit: & primum membra eius frigida, sanguinis torpore riguerunt: & oculorum acies, splendorem paulatim extenuati luminis perdidit. Postea per totam eius cutem, magnis humoribus nutrita pestis erupit, ut putre corpus, deficientibus membris, corrupti sanguinis morte tabesceret. Per omnes dies, horasq;, serpente morbo, minutæ partes uiscerum defluebant: & quicquid paulo ante integrum uideras, statim confessi corporis exulceratio deformabat. Sic corrupta ac dissipata facie, tota ab illo figura corporis discedebat, & in mortuo (ut ita dicamus) corpore, solus superstes retinebat animus, ut ista gravis morbi cōtinuatione confessus, et tormentis proprijs coactus, ac ueræ rationis Plotini miseri ma fons. autoritate

autoritate conuictus, uim fati, potestatemq; sentiret, & ut confecti corporis lacratione quassatus, sententiam fortunæ pronunciantis exciperet. Quid nunc de huius famosa dicis morte? cur eum non potuere uirtutes, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia, ab istis fortunæ animaduersiōibus liberare? Sensit itaq; etiam iste uim fati, & excepit finem, quem illi stellarum ignita iudicia decreuerant: & istius ualetudinis acerbitate confessus, proprio exemplo, non sermonis licentia, cunctos homines docuit, uim, potestatemq; fatorum nulla posse ratione contemni. Scis etiam rursus, ut ad antiquiora redeamus exempla, quæ Milciades.

**Milciades.** post uictoriā passus sit: quæ Themistocles sustinuerit post triumphos, Themistocles. post quiescentiam, ærumnarum calamitatibus implicati, ab ijs scilicet, quibus per illos & libertas redditæ uidebatur, & patria. Quis contra illos sequentis populi rabiem concitauit? quis conflauit inuidiam? quis tam acerbum induxit odium: ut beneficiorum, & redditæ libertatis immemores, graui furoris instinctu, & effrenatae leuitatis erroribus nocētes, ac strenuos uiros populari animaduersiōnis acerbitate percuterent, nisi uis, necessitasq; fati, infatigabili quæ semper

**Sylla.** potestate dominatur? Ad Romana nunc (si placet) reuertamur exempla. Ecce ignauus ille uir, & omni infamia, maculatione q; pollutus, (Syllā dico) qui à primo uestigio pubescentis aetatis, in scurrarum gremijs, per damna uenundati pudoris adoleuit, toties prosperè duxit exercitum: & ut toties felix diceretur, fecerunt Romanæ innumerabilia reipub. naufragia. Respice, quoties laceratis patræ uisceribus, ciuili sanguine cruentatur. Ecce innumerabiles procriptionum

**Enumerat Sylla** tabulas ponit, & cruentarū pecuniarū parricidalī collatione dītatur. Sed nunc, licet sit omnia facinora eius enumerare difficile, pauca tamē enumerabimus, ut ex istis uim fatalis necessitatis agnoscas. Septem milia ciuium nostrorum in medio sinu urbis Romæ, Syllana animaduersione ceciderunt. Mihi crede, nulla uis alia, nullum peccatorum meritum, nulla deorum uoluntas, sed fatorum necessitas, istam multitudinem Syllanis manibus impegit. Quod nunc putas esse iudicium? quem rationis ordinem? ut ille, qui nunquam fuit memor sexus sui, qui ultra commendationem gratiæ puerilis aetatis, senex exoletus, in aliena aetate, flagebitia corporis detinebat, uitijs obcessus, Romana gubernaret imperia? Nunc

**Censorinus.** sciebamus in prætura, à præturæ petitione deiectum, cui uir grauissimus Censorinus, ueris ac firmis accusationibus spoliatae prouinciae crimen obiecit: qui legatus bello Cymbrico, degeneris animi timore prostratus, Imperatorem Marium, & Romanum reliquit exercitum. Is, cum tatis pollueretur infamijs, regalis postea maiestatis autoritate decoratus, exercitum nostrum in dispendia nostra conuertit. Permitte mihi longiore oratione, Syllanorum scelerum replicare discrimina: omnia enim hæc ad disputationis meæ meritum conferentur, si plurimi infortuniorū generibus, integrè ac uerissime fuerit fatorū necessitas expli-

**Sulpitius.** cata. Iussione Syllana, Sulpitius tribunus pl. parricidalis præcepti nefanda animaduersione percussus est: q; flagitio, tyrannica & scelerata eius cupiditas imbuta, omnia statim, sine aliqua dubitatione, genera crudelitatis exercuit, ut effrenatas animi sui cupiditates, per dies singulos civilis sanguinis profusione satiaret.

**Marius misere cruciatur.** Prætorio uiro, minori scilicet Mario, qui iudicio omniū benemeritus de rep. uidebatur, Syllana iussione, elisa sunt prius cura: deinde deiecta de statu corporis brachia, humerū tenus dissoluta, ceciderunt: tertio amputata lingua, uocem reliquit in fauibus: ad postremum, omni corporis parte mutilata, oculi, qui fuerūt spectatores, & superstites, egeruntur: & in tam angusto corpore, à nefario patræ carnifice, tot sunt inuenta supplicia, & uix anima tantis uulneribus erogata est, cum hincide membris fluentibus, minutatim spiritus carperetur. Sed forsitan circa solos uiros, talis est feritatis atrocitate grassatus. Ecce in proscriptiōnum tabulis, etiam mulierum ac matronarum nomen adscripsit, ut per omne humanum genus cruentam gladij exereret potestate. Necdum habet modum, quoniam nec cruenta cupiditate, nec infinita ciuium strage satiatur. Romanus ille populus, subactis omnibus gentibus, post peragratum orbē, atq; possessum extremum

Extremum etiam Oceani littus, seruire compulsus est nefario Syllanæ potestatis imperio. at ille debilitatis omnium animis metu, & miserrima horroris trepidatione possedit, inter leges Porcias, legesq; Sempronias, cum omnium ciuium gemitu, etiam tertiam proscriptionis tabuiam posuit. Nec hoc cōtentus malo, ne quod ætatis tempus vacuum à sceleribus referuaret, Lucretium, iam priuatus occidit: & deposita regia potestate, animi tamen in illo pernicioſa crudelitas perseverat. Vis' ne aliquid tibi, quiā in Syllanis temporibus immoramus, de Lacu Seruilio referam: in quo multorum senatorum capita; ad ostētationem *Lacus Seruilius*. immanissimi facinoris, sectis ceruicibus pependerunt. Reip. uulnera, inter ipsa deorū puluinaria cōstitutus, inter sacras etiam ceremonias positus, semper Sylla securus ac superbus aspexit. Quid potest crudelius fieri? liberis, & uxoribus miseras orbitates titulo publicatæ calamitatis ingessit. nihil pietati, nihil fidei, nihil fortitudini, nihil prouidentiæ licuit contra Syllam. Vbi nunc sunt, qui peccata nostra, humana ac diuina credunt posse lege puniri? ecce Sylla nefarijs cædibus pascit, ecce tyrannico grassatur imperio, nec cupiditates eius, potestas aliqua diuinitatis impugnat. Quid sentis? quid iudicas? refutas quod dicimus? Ostende nobis ordinē rerū. Vbi sunt leges? ubi iudicia? humano & diuino sumus destituti iudicio, quia omnia hæc, quæ diximus, Sylla cōmisit impunē. Ergo facinora eius, cum tantis cædibus pascerentur, nulla ultricū dearum flagella castigant, nec est qui dolorē suum uerbis ac lachrymis prodat. Defunctis per illum etiam supremus ignis eripitur, et hoc nō potuit uidere iustitia? Dicis peccata hominum per dies singulos mulctari dijs ultricibus? Omnia hæc, sicut uides, impune gesta sunt, & fecit de his omnibus fortuna quod uoluīt, & quicquid singulis fata decreuerant. Syllanæ feritatis animaduersione completa sunt. Et ut hoc sciās, nos uera ratione dixisse, ipsum post hæc mala prosper sectatur euētus, perpetuę Dictature cumulatur insignibus, & proprio arbitrio deponit imperia. Lace ratæ reip. artus, & cruentæ pecuniæ, iussu eius, ad ignobiliorū hominum diuitias cōferuntur. Post hæc mala, quieta securitate fruuntur: & abundantia scelerū sagi natus, decreto amplissimi senatus, & populi, nomine prosperæ & perpetuæ felicitatis ornatur. Vbi nūc sunt, qui negant actus nostros stellarum fortuitis cursibus gubernari? Ille crudelis, perfidus, quē scimus per omnia crudelitatis genera grassatū, securus omnia dignitatis ornamēta cōsequitur. Marius uero post triumphum lugurthæ, cæterarūq; gentiū, quas subegit, posteacq; urbem Romanam & externis & domesticis periculis liberauit, post triūphales purpuras, post pīetas, aureasq; palmatas, ferreis stringitū uinculis catenarū: ecce exul in paludi bus Minturnarū latitat, ecce carceris squalorib. premitur. Vides, ut ad crepidinem dirutæ Carthaginis fugitiuus accedat? Quis Deus, aut exulē Marium, aut felicem fecerat Scyllam? Paulus imperator mili Mario promittebat imperia, legatus Sylla Romanum deserebat exercitum: & tamen postea iudicio fortune ille exul factus est, ille felix. Nīmis longa oratione, uim, necessitatemq; fati, stelliarum etiam potestatē, Syllanæq; dominationis facta crudelia, isto sermone defeuimus. Scipio post tot triūphos, post deletā Carthaginē, Numantiāq; prostrata tam, post peragratā Græciā, Asiam, Bithyniam, Syriamq; lustratam, post Diētaturæ irrepræhēsibiles actus, intra priuatos parietes, domesticorum insidijs, acerbo mortis cruciatu, & nefarijs frangentiū gulā manibus oppressus, priuata quodāmodo animaduersione confectus est. Quid Regulo fides profuit? ut illū Regulus, uis fati, post miseram captiuitatis infamiam, inter hostiles manus, peruigili crudelitatis atrocitate prosterneret. Quæ uis alia, dissolutis Persarū regibus, cū Romanis fascibus captiuum tradidit Crassum? & utiq; uir strenuus fuerat, & uirtu Crassus. tes eius, quæ propria ostentatione lucebant, Romanos protegebant exercitus. Pompej, post quintum consulatum, post tot & tam insignes triumphos, ad Nilii fluminis ripam, ceruices inuictas, & regias, & quas toties purpura triūphalis Pompeius, ambierat, semiuiri hominis gladius, nefario genere mortis incidit. Quis manus in suam necem Catonis armauit? Quis impuris & effeminate Antonij cupi- Cato. ditatibus,

Cicero. dīstatibus, cum lugubri, miseroq; omnium fletu, uenerabilem Ciceronis tradidit sanguinem. Cæsar quos sua indulgentia, ab omni liberauerat metu, ad exitium postea propriæ salutis armavit. Vides, ut semper ubique fortuna dominetur: uidet, ut uarij sint hominum, mutabilesq; semper euentus. Fortis ab ignauo superratur, bonum prostravit inferior: iusto iusticia nō profuit, castos prouidentia sepe decepit: pudicis ac sobrijs, impudicus ac dissolutus, in honoris petitione prælatus est, iacent strenui, laudatur improbi: & quicquid huic profuit, illum incauta imitatione decepit. Hec nobis omnia stellarum cursibus conferuntur, his nos fortuna uarietatibus conficit. Vnde tot exemplis, ac tot rationibus moniti, atq; formati, fatalis necessitatibus legem, non argumentorum licentia, nec uerborum copia, sed ueritatis probabili a recto iudicio comprobemus. Sed iam huic nostræ allegationi, etiam ipsi qui contradicebant, ex aliqua parte consentiunt, dicentes, Esse quidem quandam uim fortunæ, ac fati, quam *μαρτυρίνην* uocant. Sed huic necessitati, disputationis suæ licentia, quædam tribuit, quedam contradicit lex, necessitasq; fatorum, ut non posse videatur aliquid, & posse. Hanc namq; *μαρτυρίνην* uolunt naturæ hominum, cæterorumq; animantium, quadam societate coniungi, ut quia sic facti ac procreati sumus, ut certo uiuentes tempore, completo uitæ cursu, ad diuinum illum spiritum, qui nos sustentat, resoluta fragilitate corporis, referamur, subiici nos censeat, ad complendum istum finem, fati patriter, ac sorti, ut & nos, & omnes animantes, unus ac similis dissolutionis terminus fatalis sciti lege conficeret. Omnia uero, quæ ad cursum uitæ pertinent, in nostra uoluntate esse posita, ac potestate, ut nostrum sit quod uiuimus: fati uero, ac sortis solum videatur esse, quod morimur. Nescio, quid ista diuersitas conclusionis operetur, nescio cui possit persuaderi, quod dicitur. Confiteatur si quis esse fatum, & dicat, finem omniū fatalibus necessitatibus subiacere, & cum disputationibus suis aliquid ex ista quodammodo confessione præiudicet: potestatem eius, in minoribus is partibus minuit, auget in maioribus, multa ac potiora concedens, ut actus quide[m] nostros in nostra dicat esse potestate, finem uero uiuendi ad fatalis sortis licentiam reuocet: & in tam inepta disputatione, licentia se argumentationis extollat, ut cum fato animaduertendi quodammodo licentiam tribuat, & totius potestatis concedat imperium, id tamē quod minus est, ei deneget, regendi scilicet hominis potestatem. Si enim procreatōs nos factum producit in lucem, & ad terrenas conuersationes uenientibus hominibus uitæ ianuas pandit: si ipsius est, sicut ipsi confitentur, quicquid à nobis, completo uitæ cursu, necessitate mortis exigitur: si initium nobis, finemq; uiuendi, fatalis legis necessitas statuit: quid est aliud, quod non sit in eius positum potestate: cum & initia uitæ, per fatum nascentibus conferantur, & dies mortis, finisq; uiuendi, decretis ipsius ac iudicijs terminentur. Ecce ille, nondum corporis deformatione completa, in maternis uisceribus, præmatura festinatione præmoritur: illum completa deformatione corporis, etiam maternorum uiscerum angustijs liberatum, uitalis sp̄ritus aura non uegetat. Illū, in primis uitæ incunabulis constitutum, inter initia uagientis infantiae, fugientis animæ deserit uita. Ille puerili fragilitate deceptus, occumbit. Ille iam pubescentis ætatis, etiam ad omnes uitæ actus, quos paulo ante dicebas in nostra positos potestate, integra magisterij institutione compositus, mortis repentino casu subtrahitur. Ille uero uiuēdi prolixitate, omni penè sensu carens, ac uoluptate etiam uergentis ætatis, & uitiosæ senectutis inuaidus, inuitus longam ac tædiosam lucis lustinet sarcinam. Quis est, qui aut illum non natum, aut illum primo natalis die, aut illum post paululum, aut illum iuuenem, aut illum senem applicat morti? Inueniat quoſo is aliquid quod sequamur, inueniat quod nos possit instruere, quod laborantibus nobis rationem ueritatis ostendat. Fatum undiq; dicturus est, & necessitatem mortis humanæ, quæ omnib[us] animatibus, quæ terrena cōgregatione gignuntur, uiuendi tempus, propria iudicij dispositiōne distribuit, ut longiorem uiuendi substantiam alijs deneget, alijs largiatur. Absurdum est, confitentem necessitatem

sitatem mortis humanæ, quæ omnibus animantibus, quæ terrena congregatio ne gignuntur, uiuendi tempus, propria iudicij dispositione distribuit, ut longior rem uiuendi substantiam alijs deneget, alijs largiatur. Absurdum est, confi- tentem necessitatem fati, derogare postea fato: & periniquum est, ut ab eo in se- quentibus orationis partibus uiteatur, quod præcedenti confessionis profes- sione fuerat roboratum. Quid' nam de mortium uario exitu dicemus? Ille co- Varia mort.  
gente fato, suspenditur laqueo: at ille gladio percutitur: ille mari, flum inibusq; submergitur: ille saeuientibus flammis, igniq; traditus in cinerem, fauillasq; con- uertitur: ille per præcipitia iactatur: ille cadentium tectorū ruina comprimitur: illius animam pestiferū ueneni uirus exclusit: ille paulatim tardo febrium ardo- re decoquitur: ille cito ardentiū uenarum deflagratione feruescens, uiolentia repentinī caloris exæstuat: illum saeuientium ferarum inconsulta laniat rabies: ille occasum patitur illæsus: illius uenenati serpētis ictus, omnes uenas stringit in mortem. Hinc mortium uarietatem nobis fata describunt. Hæc sunt illa stella- rum decreta, quæ paulo ante protulimus. Hinc illi illustrium uirorum miserabi- les exitus, malorum, nocentiumq; felices: hinc uario cursu uita hominum, for- tunā semper decernente, transigitur: hinc constat ortum, finemq; uitæ, actus eti- am nostros uniuersos, studia, cupiditatesq;, & quicquid illud est, quod ad huma- næ rationis conuersationē pertinet, fatalis necessitatis ineuitabili sententia con- teneri. Cedamus itaque, fide ueritatis oppressi: & confitemur, ueræ rationis se- cuti iudicia, nihil in nostra, sed totum in fatorum esse positum potestate, ut quic Omnia fatis  
quid uel facimus, uel patimur, totum hoc fortunæ nobis iudicio conferatur. permittenda.

## DISSOLV TIO PARTICVLARIS. CAP. IIII.

Zone.  
**E**xplícitis his omnibus, atq; tractatis, quæ fati uim, stellarumq; decernenti- um leges, ueræ rationis disputatione monstrarunt, ad illam quæstionem, quam in prima istius orationis reliquimus parte, reuertamur, de coloribus scili- cet hominum, ac moribus: ut omnifariam ista quæstione purgata, securi & con- stantiae confidentia roborati, totum tibi, quicquid de isto studio Lolliane pro- misimus, explicemus. Qui requirit, Cur in quibusdam regionibus corpora ho- minum nigro semper colore sordescunt: cur uero alibi puro candoris splendo- re prænitateat: Huic, qui has requirit causas, breui disputationis oratione respon- debo, præsertim cum ad istam partem, multorum sapientum dociles sententiae proferantur. In omne cœlum, cuius est rotunda formatio, quod terras, maria, cæ- teraq; quæ intra se sunt, omnia ignei spiritus circumfusione cōplectitur: quinq; Zonarum ipsarum, non una similisq; substantia est, nam quædam ipsarum uni- formes sunt, nec alienam habent admixtionem: quædam uero commixtæ tem- perationis sunt moderatione compositæ. Harum quæ media est, corusci solis in- censa luminibus, & sempiterni ardoris adustione torrida, ignito colore perpe- tui ruboris inficitur: duæ uero, quæ extrebas mudi continent partes, dextris, le- uis que lateribus inhærentes, cæruleo colore signatae, atris semper nubibus in- undantur: & concreta glacie, sempiternis pruinis, & duratis gelu niuibus, obsi- dentur. Inter has duas frigidas, & illam igneam, quæ per medium mudi ducitur partem, duæ sunt residuae constitutæ, quas frigoris & caloris mixta temperies, clementi moderatione formauit. Hæ sunt duæ Zone, quæ omne animantiū ge- Zone tempera-  
nus in terræ finibus, ex illa tranquilla commixtionis moderatione progenerat, te.  
per quas, ad omnium quæ gignuntur ortus & occasus per omne æuum obliquus signorum ordo conuertitur: In quo sol & luna, quinque etiam stellæ erraticæ, que planètæ à Græcis uocantur, certa ac definita semper agitatione discurrunt, ut ad harum stellarū cursum, omne animantium genus, perpetua sibi generis pro- pagatione succedat. Istarum quinq; Zonarum uis atq; natura, quarundam gen- tium homines uniformi colore progenerat: tamen ut in ipsa unitatis facie, corpo- ra hominū, quantacunq; stellarum radiatione uariantur. Quæcunq; igitur gens hominum illi adiacet Zone, que sempiterna adustione ignibus incēditur, licet sit sub eius Zone partibus collocata, quæ est composita moderatione formata, Zone frigidae.

ad singendos tamen colores hominum, ignem sibi ex uicinæ societatis coniunctionibus mutuatur, ut homines ad imitationem inustarum rerum, atrii semper forma coloris infuscat. Quæ uero partes glacialibus adiacent Zonis, que uidua Zona frigida. tæ ac desertæ solis ardoribus, perpetuis pruinarii niuibus opprimuntur, gentes illas hominū, quas in uicino posita Zona progenerat, nitore faciūt omnes splendidi candoris ornari. Sed & in his regionibus, quæ candidos homines procreant, & in illis rursus quæ nigros, ad uariandas hominum formas, stellarum plurimum potestas operatur: & unicuique homini, licet coloris sit una substantia, diversam tamen speciem deformationis assignat. Vnde enim se se singuli propria corporis lineatione cognoscunt: unde filios, fratres, cognatos: unde ciues, peregrinos, uicinos, amicos, hospites norūt, si nō singulis uarios, diuersosq; uultus stellarū potestas ascribit. Consideremus itaq; cōciliationem generis humani, & retractando inueniemus, quām nefaria, quām impia poterant illī scelera committi, si cunctorum una facies, populos illos, æqua similitudinē formatione confunderet. Ad sororē frater, deceptus similitudine, quasi maritus intraret: traheretq; alius, contracti imprudentia alieni iuris uxorem: alij de filio erratici contentionis conflīctatione certarent: alij nescirent qui essent illi, qui sibi paulo ante seruerant. Alter ingenuis natalibus natus, quasi seruus ex confusa similitudine, obstinati ducētis errore traheretur, nisi uniformem istā colorū similitudinem, maxima uultuum dissimilitudo uariaret, quæ omnia compositis stellarum mixturis ac rationibus temperantur. Ecce illius cādor, ex aliqua parte nigri coloris tenui-adumbratione sordescit: illius nigram faciem, splendor modici candoris illuminat. Quid iam de comarum crinibus dicam, ad quas uarius color latēter irrepit: quid de oculorum acie, qui semper diuersis luminibus colorantur? Ecce corpora ipsa, etiā in illis gentibus, & cæteris omnibus, nunc longa, nūc parua sunt: nunc tenui exilitate subtilia, nunc obesa crassitudine latiora. Vnde manifestis rationibus comprobatur, Zonarum quidē esse, quod nigrū uel candidi sunt: stellarum uero, quod in illa uarietate coloris, dissimilium formarum uarietatibus corporātur. De moribus uero gentium, superuacula disputatio est. nam & Asia nos plurimos uideremus, immō penē omnes, sobrietatis insignia præferentes: & Græcorum leuitas, frequenter modestæ grauitatis pondus accipit: & effrenata Scytharum rabies, quandoq; humanitatis clemētia mitigatur: & in finibus Galiliarum, populus sapientiæ prudentia conualescit: Aphrorumq; subdolas mentes, honestæ fidei ornamenta condecorant: & à plurimis Hispanis iactantiæ uitia deseruntur: & Syriorum avariciam mutauit repentina profusio: nec est inter illos acutos Sículos, stultos inuenire difficile: et ab Italib; frequēter dominationis D. Cōstantinus. imperia translata sunt. Nec huius rei lōgē tibi, aut ex antiquis libris, proferemus exēpla. Dominus & Augustus noster, actotius orbis Imperator, pius, felix, ac prouidus princeps, Constantinus scilicet maximus, Diuī Constantini filius, Augustæ ac uenerandæ memoriæ principis, qui ad liberandum orbem à tyrannicis immoderationibus, & ad comprimenta domestica mala, fauore propitiæ maiestatis electus est, ut per ipsum seruitutis squalore deterto, securæ nobis libertatis munera redderentur: utq; captiuitatis iuga, fatigatis iam & oppressis ceruicibus, poneremus: quem pro nostra semper libertate pugnantem, incertissima inter casus humanos nunquam bellī fortuna decepit, apud Tharsum genitus, à primo aetatis gradu imperij gubernacula retinens, quæ prosperis nactus fuerat auspicijs, Romanum orbem, ad perennis felicitatis augmentum, salubrī gubernationis moderatione sustentat. Sol igitur optime, maxime, qui mediā cœli possides partem, mens mundi, atq; temperies, dux omnium, princepsq; qui cæterarum stellarum ignes flammiferarum luminis tuī moderatione perpetuas: tuq; Luna, quæ in postremis cœli regionibus collocata, ad genitalium seminum perennitatem menstruis semper incerta luminibus, solis augusta radiatio. H ne fulgescis: & tu Saturne, qui in summo cœli uertice cōstitutus, radiationē sidez ris tui, pigro cursu, & tardis agitationibus prouochis: & tu Iupiter, Tarpeiq; rupis habi-

hābitator; qui mundū ac terras, salutari semper ac benigna maiestate lātificās, secundi globi possides prīcipatum: tu uerò tu Gradiue ♂, rutilo semper horro- ♂ re metuende, qui in tertījs cœlī regionib⁹ contineris: uos etiam fidi ☽ comi- tes, Mercuri & Venus, Constantīnum maximum prīcipem, & eius inuictissi- ♀ & ♀ mos liberos, dominos & Cæsares nostros, cōsensu uestræ moderationis, & Dei summi obsequente iudicio, perpetuaçp eis impēria decernente, facite etiā nostris posteris, & posterorum nostrorum posteris, infinitis seculorum continuationi- bus, imperare: ut omni malorum acerbitate depulsa, humanum genus quiete fe- licitatis mūnera cōsequatur. Nobis uerò tenuem ingenij spirate substantiam, ut uestro præsidio suffici, facile ea quæ Lolliano promisimus, compleamus: & quic- quid ex diuino sapientum magisterio concepimus, ueris sententiarum definitio- nibus explicemus. Vt autem ad te me Lolliane conuertam, omnia quæ hīc dī- cuntur, rigida iudicationis autoritate discussias. Omnis enim (sicut nosti) nativitas, si mollis fuerit, fructum dabít, licet præcocem: sed mox quidem, adulti tem- poris spacio, mitiorem.

## IVLII FIRMICI MATERNI IV-

NIORIS SICULI V. C. AD MAVORTIUM

Lollianum, liber secundus.

P R A E F A T I O.


**M**A THESEOS scripturi libros, eos qui eadem discere uolunt', pri- mūm instituere debemus, ut rectis initijs formati, facilius pronunci- andis scientiam consequantur. Non enim potest quis ueram eius sci- entiam consequi, nisi fuerit primis institutionibus eruditus. Fronto enim noster, Hipparchi secutus antīscia, ita apotelesmatum senten- tias protulit, tāquam cum perfectis iam & peritis loqueretur, nihil de institutione, nihil de magisterio præscribens. Sed nec aliquis penè latinorum de hac arte institutionis libros scripsit, nisi paucos uersus Iulius Cæsar, & ipsos tamen de alie *Iulius Cæsar.* no opere mutuatus: **M.** uerò Tullius, princeps ac decus Romanæ eloquentiæ, *Cicer.* ne quid intentatum relinqueret, quod non fuisset diuīnum eius ingenium asse- cutum, uersibus heroicis, etiam ipse de institutione pauca respondit. Vnde nos omnia, quæ de ista arte Aegyptij, Babylonijçp dixerunt, docili sermonis institu- tione transtulimus, ut iij qui ad explicanda hominum fata formantur, pedeten- tim imbuti, omnem diuinitatis scientiam consequantur. Sed quia mentionē anti- sciorum fecimus, hunc locum non debemus cum dissimulatione transfire. Antī- scia Hipparchi secutus est Fronto, que nullam uim habēt, nullamq; substantiam: *Antīscia Hipparchi.* & sunt quidem in Frontone pronunciationis atq; apotelesmatum uerae senten- tiae, antīsciorum uerò inefficax studium: quod quidē secutus est, quia rationem ueram non fuerat asscutus. Antīscia enim illa uera sunt, sicut & Nauigius no- *Nauigius.* ster probat, quæ Ptolemæus posterior, uera definitionis inquisitione monstra- uit: quæ qualia sint, in posterioribus huius librī partibus ostendemus, monstran- tes, quæ pars in quam partem radios mittat, nam apotelesmata & Fronto ueris- simè scripsit, quæ Græcorum librī ac monumentis abundantissimè continen- tur. Hac itaque interim disputatione seposita, ad institutionis nostræ reuerta- mur exordia.

ZODIACI SIGNORVM DIVISIO, AC NATV-  
ræ conditio. Caput I.

**Z**odiacus, orbis in quo duodecim signa infixa sunt, per quem planetæ, *Zodiacus.* etiam ac cursus suos dirigunt, obliqua semper agitatione torquetur. Si- gna autem ipsa duodecim his nominibus appellantur. Aries Y, taurus, ♂, Gemi- ni II, Cancer ♂, Leo Ω, Virgo π, Libra ∞, Scorpius m, Sagittarius ♐, Capricor- nus ♑, Aquarius ♓, Pisces ♔. Horum signorum diuersa sunt genera. *nanc;* alia sunt

sunt ex his masculina, alia foemina. Masculina itaq; sunt, V, II, Ω, ☽, ♀, ☿. Foemina uero ♀, ☿, ☽, ♀, m, & X.

## SIGNA ZODIACI.



## STELLARVM DOMICILIA, NOMINA, ET POTES-

states in signis. Cap. 11.

**E**X his xii. signis, ☽ quidē, & ☿ singula sunt signa sortiti: cæteri uero quinq; planetæ, hoc est, ♂, ♀, ☿, ♀, & ☽ bina: in quibus singuli imperiū habent, ac domicilium constitutum. Sed has stellas, non eodem nomine, quo nos, aut Græci, Aegyptij nominant. Nám qui à nobis Saturnus dicitur, ab Aegyptijs φαίνωμι uocatur: quem nos Ζ uocamus, Aegyptijs φαίθονται uocant: qui à nobis ☿, ab illia πυρόεις dicitur: quæ à nobis ♀, ab illis φωσφόροι uocatur: quē nos ☽ dicimus, illi σιλβούται uocant. Est itaq; solis Ω, & in hoc signo habet domicilium & potestatem: Lunæ ☿. Vides quam apte, quam absconde, & masculini quidē signi ☽ dominum esse, foemini uero ☿, ut pro qualitate generis sui, similia sibi sexus uterq; sui, domicilia uendicarent. Cæteri uero quinq; planetæ, bina, sicut superius diximus, habent signa, in quibus imperiū sui exercent potestatem. Sed ex ipsis duobus signis, quæ singuli possident, unum masculinum est, aliud foemini- num. Quod ut manifestius intelligi possit, omnia specialiter explicemus. ♂ ha- bet domicilium in ☿ & ♀, ex quibus ☿ masculinum est, ♀ foeminarum. & ♀ in ♀ & X habet domicilium, sed ex his mas. ♀ est, fœ. uero X: ☿ in ♀ & m domi- cilium collocauit, ex quibus mas. est ♀, fœ. uero m: ♀ domus sunt ♀ & ☽, ex qui- bus ☽ mas. signum est, fœ. uero ♀: ☽ domicilium habet in II & ☽. Ex quibus II mas. signum est, ☽ uero foeminarum.

## STELLARVM ALTITUDO, DEIECTIO' QVE,

earumq; conditio. Cap. III.

**S**CIRE ETIAM debemus, quæ sint stellarum altitudines singularum, in quibus naturali quadam sublimitate magnitudinis eriguntur, quæ ue sint earum deiectiones, in quibus constitutæ, oppressa auctoritatis suæ potestate, minuuntur. In altitudinibus itaque suis gaudentes constitutæ, maximæ felicitatis in- signia decernunt, quoties in hominum genituris, maxima stellarum pars par- tiliter altitudinum suarum signa possederit. Tunc uero homines infelicitatum infortunijs opprimuntur, quoties stellarum pars maxima in ijs partibus constituta fuerit, in quibus humili deiectione, multum de sua potestate dimit- tunt. Altitudines autem dictæ sunt ob hoc, quod cum in ipsa parte fuerint stel- lae, in qua exaltantur, in opportuni scilicet genituræ locis, homines faciunt bea- tos. Deiectiones autem earum, faciunt miseros, pauperes, ignobiles, & inopes,

Altitudo stellæ

Deiectio stellæ

&amp; in quo

& in quos se infelicitas assiduis continuationibus conferat. Hac ex causa Babylonij ea signa, in quibus stellæ exaltantur, domicilia earum esse uoluerunt. Nos autem scire debemus, hac institutione formati, omnes stellas melius decernere in altitudinibus suis, quam in domicilijs. O igitur in Y parte xix exaltatur, in ☽ uero xix deicetur. ☽ exaltatur in ♀ parte iij, in m iij parte deicetur. ☽ exaltatur in ☽ parte xx, in Y rursus xix parte deicetur. ☽ exaltatur in ☽ parte xv, deicetur uero in ♀ parte xv. ☽ exaltatur in ♀ parte xxvij, deicetur uero in ☽ parte xxvij. ☽ exaltatur in X parte xxvij, deicetur uero in ♀ parte xxvij. ☽ exaltatur in ♀ parte xv, deicetur uero in X parte xv. Hac ex causa Babylonij, cum per hæc signa exalentur singuli planetæ, ita etiam domos eorum esse uoluerunt, dicentes qui dem domicilium ☽ esse in ☽, ☽ in ☽, O in ♀, ☽ in ♀, & ☽ in ♀.

S I G.	A L.	G R.	D E.
Y	○	xix	☽
♀	☽	iij	○
II	•	○	○
☽	☽	xv	♂
Ω	•	○	○
☿	♀	xv	♀
☉	☽	xx	○
m	○	iij	☽
†	○	○	○
♃	♂	xxvij	☽
≋	○	○	○
X	♀	xxvij	♀

SIGNORVM DECANI EORVM' QVE  
domini. Cap. IIII.

**S**ingula signa in tres partes diuiduntur: singulæ autem partes singulos habent decanos, ut sint in singulis signis terni decani, quorum singuli ex xxx parte denas possident, & dominij suum ac potestatem in decem partes exerūt. Sunt autem infinitæ potestatis & licentia, & qui fata hominum, potestatis suæ autoritate designent. Sed & ipsi decani singulis stellis deputantur: & cum in ipso decano stella fuerit, licet sit in alieno domicilio, sic tamen est habenda, quasi in suo sit domicilio constituta. Suo enim in decano posita, hæc eadem perficit, quæ in signo suo constituta decernit. sic igitur,


Y primus decanus ♂ est,	secundus ○	tertius ♀
♀ primus decanus ♀ est,	secundus ☽	tertius ☽
II primus decanus ☽ est,	secundus ♂	tertius ○
☽ primus decanus ♀ est,	secundus ♀	tertius ☽
Ω primus decanus ☽ est,	secundus ☽	tertius ♂
☿ primus decanus ○ est,	secundus ☽	tertius ☽
☉ primus decanus ☽ est,	secundus ☽	tertius ☽
m primus decanus ♂ est,	secundus ○	tertius ♀
† primus decanus ♀ est,	secundus ☽	tertius ☽
♃ primus decanus ☽ est,	secundus ♂	tertius ○
≋ primus decanus ♀ est,	secundus ☽	tertius ☽
X primus decanus ☽ est,	secundus ☽	tertius ♂

Quidam uero uolentes hunc locum subtilius explicare, terna numina decanis singulis applicarunt, quos munifices appellandos esse uoluerunt, hoc est sy Munifices. nergos, ita ut per singula signa, nouem possint munifices inueniri, ut ternis munificis decani singuli præferantur. Rursus nouem munifices, quos in singulis signis dicunt esse constitutos, per infinitas diuidunt numinum potestates: ab ijs enim dicunt repentinós casus, dolores, ægritudines, frigora, febresq; decerni.

Et quicquid illud est, quod solet nec sperantibus, nec scientibus evenire. Per hos etiam uolunt monstruos ab hominibus edi partus. Sed hanc nos partem in isto institutionis libro necessariò præterimus. nam & Græci, qui secreta istius conati sunt disputationibus attingere, in primis uestigijs constitutionis, istum tractatum cum quodam dissimulationis fastidio reliquerunt. Sed nunc nostræ institutionis ordo, unde recesserat, reuertatur.

SIGNORVM PER TRICENAS PARTES  
diuīsio. Cap. v.

**S**ingula signa, triginta partes habent. Est autem pars in signo tantus locus, quantum  $\odot$  aut  $\oplus$  orbis in circuitu complectitur: sed una pars in minuta diuiditur sexaginta, & sic deinceps,



STELLARVM FINES IN VNO QVO-

que zodiaci signo. Cap. v. i.

**L**icet autem ipsum signum alienæ cuiuspiam sit potestatis, & alicuius plane-  
tæ proprium habeat domicilium, partes tamen eius, quasi propriæ, stellis  
singulis diuiduntur: quæ partes, stellarum fines nominantur. Hos fines Græci  
 $\delta\mu\alpha$  uocant: sed hoc subtili debemus inquisitione colligere. nam cum in finibus  
suis stella fuerit inuenta, sic est, tanquam in suo domicilio constituta. quod totum,  
ut manifestius intelligi possit, debemus specialiter explicare: ut ex istis finibus,  
geniturarum secreta noscantur.

Fines Arietis.

$\text{A}$  dominus est, sicut diximus,  $\sigma$ , uerùm fines eius singulis stellis hactenus di-  
uiduntur. à prima usq; ad sextam partem possidet  $\text{L}$ , à septima usq; ad duode-  
cimam  $\text{Q}$ , à decimatertia usq; ad uicesimam  $\text{Q}$ , à uicesimaprima usq; ad uicesi-  
mamquintam  $\text{Q}$ , à uicesimasexta usq; ad tricesimam  $\text{H}$ . & haec sunt Arietis par-  
tes, tali ratione diuisæ.

$\text{B}$  domina est  $\text{Q}$ , cuius signi fines hactenus diuiduntur. à prima parte usq; ad  
octauam  $\text{Q}$  possidet, à nona usq; ad decimamquartam  $\text{Q}$ , à decimaquinta usq;  
ad uicesimamsecundam  $\text{L}$ , à uicesimatertia usq; ad uicesimamseptimam  $\text{H}$ , à ui-  
cesimaoctaua usq; ad tricesimam  $\text{O}$ . & hos stellæ in  $\text{B}$  possident fines.

$\text{C}$   $\text{H}$  dominus est, cuius signi fines hactenus diuiduntur. à prima parte usq;  
ad sextam  $\text{Q}$  possidet, à septima usq; ad duodecimam  $\text{L}$ , à decimatertia usq; ad  
decimamseptimam  $\text{Q}$ , à decimaoctauua usq; ad uicesimamquartam  $\text{O}$ , à uicesi-  
maquinta usq; ad tricesimam  $\text{H}$ , & hi sunt  $\text{H}$  fines.

$\text{H}$  domina

**Ω** domina est **Ω**, uerūm eius signi fines hactenus diuiduntur. à prima parte **Ω** usque ad septimam **Ω** possidet, ab octaua usque ad decimam tertiam **Ω**, à decima quarta usque ad uicesimam **Ω**, à uicesima prima usque ad uicesimā septimam **Ω**, à uicesima octaua usque ad tricesimam **H**. & hi sunt **Ω** fines.

**Ω** dominus est **Ω**, sed fines eius hactenus diuiduntur. à prima parte usque ad **Ω** sextam **Ω** possidet, à septima usque ad undecimam **Ω**, à duodecima usque ad decimam octauam **H**, à decimam nonam usque ad uicesimam quartā **Ω**, à uicesima quinta usque ad tricesimam **Ω**. & hi sunt **Ω** fines.

**η** **Ω** dominus est, uerūm fines eius hactenus diuiduntur. à prima parte usque **η** ad septimam **Ω** possidet, ab octaua usque ad decimam septimā **Ω**, à decima octaua usque ad uicesimam primam **Ω**, à uicesima secunda usque ad uicesimam octauam **Ω**, à uicesima nona usque ad tricesimam **H**. & hi sunt **η** fines.

**η** **Ω** domina est **Ω**, sed eius signi fines hactenus diuiduntur. à prima parte usque **η** ad sextam **H** possidet, à septima usque ad decimam quartam **Ω**, à decima quinta usque ad uicesimam primam **Ω**, à uicesima secunda usque ad uicesimam octauam **Ω**, à uicesima nona usque ad tricesimam **Ω**. & hi sunt **η** fines.

**m** dominus est **Ω**, sed eius signi fines hactenus diuiduntur. à prima parte usque **m** ad septimam **Ω** possidet, ab octaua usque ad undecimam **Ω**, à duodecima usque ad decimam nonam **Ω**, à uicesima usque ad uicesimam quartam **Ω**, à uicesima quinta usque ad tricesimam **H**. & hi quidem sunt **m** fines.

**P** dominus est **Ω**, cuius signi fines hactenus diuiduntur. à prima parte usque **P** ad duodecimam possidet **Ω**, à decimam tertiam usque ad decimam septimam **Ω**, à decima octaua usque ad uicesimam tertiam **Ω**, à uicesima quarta usque ad uicesimam septimam **H**, à uicesima octaua usque ad tricesimam **Ω**. & hi sunt fines **P**.

**p** dominus est **H**, sed eius signi fines hactenus diuiduntur. à prima parte usque **p** ad septimam **Ω** possidet, ab octaua usque ad decimam quartā **Ω**, à decima quinta usque ad uicesimam secundam **Ω**, à uicesima tertia usque ad uicesimam sextam **H**, à uicesima septima usque ad tricesimam **Ω**. & hi sunt fines **p**.

**ω** dominus est **H**, sed eius signi fines hactenus diuiduntur. à prima parte usque **ω** ad septimam **Ω** possidet, ab octaua usque ad decimam tertiam **Ω**, à decima quarta usque ad uicesimam **Ω**, à uicesima prima usque ad uicesimam quintā **Ω**, à uicesima sexta usque ad tricesimam **H**. & hi sunt fines **ω**.

**X** dominus est **Ω**, sed eius signi fines hactenus diuiduntur. à prima parte usque **X** ad duodecimam **Ω** possidet, à decimam tertia usque ad decimam sextam **Ω**, à decimam septima usque ad decimam nonam **Ω**, à uicesima usque ad uicesimam septimam **Ω**, à uicesima octaua usque ad tricesimam **H**. & hi sunt fines **X**.

	Y	U	♀	♀	♂	H
		6	12	20	25	30
	R	♀	♀	U	H	♂
	S	8	14	22	27	30
	II	♀	U	♀	♂	H
	SS	6	12	17	24	30
	Ω	♂	♀	♀	U	H
	Ω	7	13	20	27	30
	Ω	U	♀	H	♀	♂
	Ω	6	11	18	24	30
	Ω	♀	♀	U	♂	H
	Ω	7	17	21	28	30
	Ω	H	♀	U	♀	♂
	Ω	6	14	21	28	30
	m	♂	♀	♀	U	H
	m	7	11	19	24	30
	†	U	♀	♀	H	♂
	†	12	17	23	27	30
	†	♀	U	♀	H	♂
	†	7	14	22	26	30
	~~~	♀	♀	U	♂	H
	~~~	7	13	20	25	30
	X	♀	U	♀	♂	H
	X	12	16	19	27	30

DIVRNA

DIVRNA VEL NOCTVRNA STELLA.  
rum gaudia. Cap. VII.

**E**xpositis atq; monstratis stellarum finib; nunc explicare debemus, quæ stellæ per diem gaudeant, & cuius conditionem sequantur: quæ uero per noctem gaudentes, cuius pari modo conditionē imitentur. Per diem igitur gaudent ☽, ☿, & ☿. cōditionem itaq; ☽ sequuntur ☿ & ☿. Ideo in diurnis genitiris, in opportunitis semper locis positi, maiorem uim habent, ac ut plurimum bonam fortunam, felicitatemq; decernunt. Per noctem autem gaudent ☽, ☿ & ☿. conditionem itaq; ☽ sequuntur ☿ & ☿, nam ☿, quoniam ad utrāq; naturam se accommodat, ideo modò diurnus est, modò nocturnus. sed Orientalis diurnus est, Occidentalis uero nocturnus: hic fortior, quam illuc, permixtis tamen stellis, inter utrūq; cōcedens. Ast superiores stellæ, secundum diuersas inuicem radiationes, quandoq; felicem fortunam, quandoq; infelicem, malamq; decernunt. Nam si deficiētem ☽ ☿ excepit, aut ☿ in nocturna genitura, tunc prospera omnia, feliciaq; decernunt. Si uero plena lumine, uel crescens, ☿ uel ☿ aliqua se radiatione coniunxerit, maximas calamitates, maximaq; facit infortunia cōcitat. Sed ideo ☿ crescēti lunæ contraria est, quia naturali quo dā inuidiæ sibi stridore dissentit. Hæc nos in hoc institutionis libro, summatim dixisse sufficiat. omnia enim plenissime, & de ☽, & de cæteris stellis, in sequētib; libris specialiter explicabimus.

## STELLARVM ORTVS ET OCCASVS, BARVM-

que conditio. Cap. VIII.

**S**tellæ autem quinq; scilicet ☿, ☿, ☿, ☿, & ☿, matutinæ sunt, aut uespertinæ, aut Occidentales, seu absconsæ, quæ à Græcis ἀφανίται καὶ συνοδιναι dicuntur, aut ἀηγορύνται. Qua autem ratione tales fiant, uel qua ex causa hæc accipiunt nomina, nunc explicemus. Matutinæ sunt in ortu, quæ præcedentes ☽ orbem oriuntur: uespertinæ uero in ortu, quæ orientem ☽ sequuntur: absconsæ autem, quas ☽ ab his tegit: ἀηγορύνται, quæ tunc oriuntur, cum ☽ occidit. Hæ stellæ rum figure, quando proflint, & quando noceant, in libris posterioribus explicabimus. nec enim hoc à nobis sine causa dictum est. In summa tamen dicendum uidetur, quod omnib; stellis noceat uicinitas ☽. Quidam uero uolunt ☿ prospere cadere, cum ☽ radiis fuerit oppressus. naturalem enim maliciam, solem ueneratus amittit. Scire etiam illud nos oportet, cum quo stellæ matutinæ gaudent, cum quo uespertinæ. Tunc enim proteguntur, quotiescumq; opportuna radiatione cum ☽ præcesserint. Cæteræ namq; stellæ in matutino ortu constitutæ gaudent, & tunc numen ☽ optima radiatione protegitur, quotiescumq; matutino stellarum ortu fuerit ornatum. Inefficaces uero stellæ sunt, quoties ☽ orbem, uespertino ortu fuerint subsecutæ. In ☽ uero positæ lumine, eiusq; radiationibus maximè proteguntur, uel cum eius orbem aliqua radiatione præcesserint. Quid autem stellarum mixtura in genitiris operetur, quando stellæ matutinæ efficiantur, quando uespertinæ, ostendere etiam debemus: hoc est, quot à ☽ p. stellæ recedentes, matutinæ efficiantur.

MATUTINARVM, VESPERTINARVM QVE  
stellarum partes. Cap. IX.

**E**xpli cuiimus satis superq;, qua ratione stellæ uespertinæ, quæ uo matutinæ fiat. nūc sciendū, quod ☿ stella cum à ☽ xij. recesserit partibus, id est cū præcedens orta fuerit, matutina erit. Simili modo etiam ☿ xi. partibus recedens, matutinum se facit præcedentem: ☿ autem viij: ☿ etiam præcedens, & in viij parte constitutus, matutinus efficitur: ☿ quoq; præcedens, & in viij parte constitutus, matutinus est. Vespertinæ uero sunt, cum in ista parte numero constitutæ, ☽ subsecutæ fuerint.

Planeta.

*Quæ signa per diem gaudeat.**Quæ per noctem gaudeant.**Venus lunæ crescenti contraria.**Αφανήσει τὰς συνοδινὰς, αὐτὰς ἀηγορύνται.**Omnibus stellis nocet uicinitas Solis.*

I V L I Y F I R M I C I M A T.  
P L A N E T A R V M O R T V S E T O C C A S V S.

H	DI	MA	xij	VE
Z	DI	MA	xij	VE
♂	NO	MA	viij	VE
○	DI	MA	o	VE
♀	NO	MA	viij	VE
☽	CON	MA	viij	VE
☽	NO	MA	o	VE

S T E L L A R V M O M N I V M E R R A T I C A R V M

ducatus. Cap. X.

**S**Tellarum ducatus nunc tibi Mauorti, decus nostrum, explicabimus, ut nihil, quod ad hanc diuinam Matheseos disciplinam attinet, à nobis prætermisum esse videatur. A H igitur incipientes, quid unusquisque planetarum ex suo fato decreuerit, breui conabimur sermonis expositione detexere.

**Saturni natura**  
*atq; significatio.* H quidem natura frigidus & siccus, ex accidenti uero quandoque humidus, obscurus, asper, grauis, foetidus, uorax, tenax, multæ cogitationis, altæque memoriae: cuius significatio est agricultura terrarum, aquarumque habitatio, rerum dimensionis, ac pondus, & quicquid ad rem rusticam pertinet. Itidem quæcumque ex artificijs manu perficiuntur, ut cementaria, fossoria, carpentaria, atque id genus. Tum summa egestas, longa uita, & difficilis, exilium, discrimina, dolis, nequiciae, proditiones, soiuitudo: sed in deliberando acerrimum ingenium, sermo certus, stabilis amicitia, longa prouidentia, regaleque consilium. Item uiolentia, captiuitas, damnatio, pertinacia, perfidia, ira, omnisque odium boni, metus, angustia, dolor, pœnitentia, funera, luctus, orbitasque. Significat quoque hereditates antiquas, prauos, senesque tales, sed & seruos, mancipia, mercenarios, eunuchos, uilesque, ac famosos homines, maleficos, fures, uespillones pollinctoresque. Significat quoque & magicam artem, lôgas in homine cogitationes, sermonem rarum, sed altum intellectum, ac profundam rerum scientiam. Ex corporis etiam partibus, dextram aurem, splenemque, ac melancholiam habet.

**L**una natura quidem calidus & humidus, sed adeò temperatus, ut eius propriæ uirtus, ad mortalium corpora nutrienda, ac per multiplices nepotum soboles propaganda, stabili fatorum decreto sit accommodata. Cuius sane significatio est, formæ dignitas, animi nobilitas, sana sapientia, & intellectus, somniorum interpretatio. Tum iura, leges, stataque religio, tum pietas, modestia, gratia, fides, & quicquid æquus bene instituti uiiri potest animus concipere. Verum ex accidenti aliquando, ob nimiam fortasse de se confidentiam, inconsultum significat rerum aggressum, atque difficilem quandoque ex tali causa, operum exitum. Si gnificat etiam patientem animum, sed ultionis audum, in omnique ut plurimum contentionे uictorem. Significat quoque pontifices, regulos, duces, tribunos, ac dignissimi cuiusque magistratus autores. Tum spem, gaudium, continentiam, liberalitatem, hominum conciliationem, publicum commodum, maturum consilium, sermonem grauem, iocundum, & festiuum, ac publico semper emolumento accommodatum. Ex corporis autem partibus, auræ sinistræ, & epar habet.

**♂** natura quidem calidus & siccus, iracundus, uehemens, incitata saepius iracundia præcepit. Cuius significatio est proditio, pugna, cædes, audacia, temeritas, elatio, seditio, controuersia, preda, insidiæ, latrocinia. Tum uulnera, captivitates, timor, fugaeque difficultas. Tum perfidia, obscoenitas, incautus amor, facilis offensio, uaria cogitatio, nullum consilium. Significat quoque uiolentos principes, feros, inhumanos, alienæ semper cædis appetentes, periuros, dolosos, inconstantes, maledicos, incompositos, omnia contaminantes, omnia polluentes, diuinaque ac humana promiscue habentes. Ingeniosos tamen, ad omnesque conatus suos mirabiliter quadam uersutia promptos. Significat etiam deformem, inuerecum dum, ingratum, partibus perniciosum, & propter hoc mulieribus fortasse infensum. Ex artibus autem Chirurgicam significat, & quicquid cruenti sanguinaria

*Membra.*

*Artes.*

maria quadam uoluptate perficitur: ex humani uero corporis partibus, epar cum *Membra.*  
narescet cum *♀* possidet. Ast cum *h* uel *♀*, acerbum notat interitum.

○ natura siquidem igneus, calidusq; & siccus, sed mirum in modum temperatus, ideoq; habitabilis Zonae medium possidens. Cuius significatio est, honorificentissima hominum conciliatio, ambitiosa existimatio, auri honorumq; cupiditas, inimicorum desiderata vindicta, fortitudo animi, corporisq; honestas, magnificentia, uictoria, perspicua mundicies, incredibilisq; apud omnes expectatio, & quicquid ad regium uidetur apicem pertinere. Significat quoq; reges, ac principes, non atroces, non difficiles, non iniquos, sed iustos, affabiles, tractabiles, mansuetos, & omni uirtutum genere honestatos: superbiae tamen paucillae spiritu quandoque inflatos. Significat etiam graue eloquium, matrum consilium, seuerum iudicium, & splendidam cuiusque rei, magnificam que penitus actionem: omnem quoque nitorem, & claritatem, ac regium apparatus. Ex corporis uero partibus, uniuersalis caput animantis, spiritumq;, ac dextrum oculum possidet.

♀ natura siquidem frigida est, & humida: adeo tamen temperata, ut matutino ♀ præcipue exortu, rorem infundat mortalibus genitalem, quo non animantia solum ad multimodam accommodentur generationem, sed uirientia quoq; in variis conceptus disponantur. Cuius significatio est, omnis decor, omnis que uenustas, ornata uestimenta, auri subtegmine elaborati cultus, argenti ue, aut tyriæ muricis purpura honestati. Tum balnea, fuci, odorataq; opobalsama, gratia, iocus, camœnæ, in chorumq; locupletatus applausus. Significat quoq; formosas in primis uirgines, earumq; iocosa sponsalia, amores, elegias, amatorias indignationes, insidias, querelas, paces rursus, atq; amorum redintegrationes. Significat etiam coniuicia, ientationes, dulciaq; tragemata, siue bellaria, & quicquid sapore dulce ac uolupe est, tam licitos quam illicitos coitus, stupra, incestus, adulteria, & cætera id genus. Significat etiam mutuam hominum dilectionem, pietatem, fidem, credulitatem, summamq; in omnes humanitatem. Ex habitudine tamen corporis, pinguedinem potius significat, sed uenusto decore ornatum: debilem autem, & aduerfa saepius ualetudine fatigatam. Ex artibus uero *Artes.* picturam, odorata mercimonia, & quicquid mirabili, atq; subtili artificio exercetur. Sed ex corporis partibus una cum ♂, nares possidet.

♀ commixta siquidem est naturæ, atq; ei, cui pariter commiscetur, uel aliqua ♀ fuerit radiatione coniunctus, promiscuo commixtionis assensi, non difficulter adhaerens: natura tamen frigidus potius, ac siccus. Cuius significatio est, pueritia, ingenium, ratio, facundia, incunda deceptio, iocosumq; furtum. Tum entymemata, syllogismi, sophismata, poetica, musica, astrorumq;, & totius Matheos perscrutatio. Significat autem fideles viros, uates, fortilegos, augures, ac diuinifactorum interpretatione decoros, mercatores quoq;, legatos, oratores, sed qui fraudulenta saepius calliditate decipiunt. Significat etiam acutissimæ cuiuscq; artis lucubrationem, rerum occultarum ac secretorum inuentionem, blandum sermonem, sanum consilium, delicias, uoluptates, ambitiones, quaestusq;, ac æraria tributa, & quicquid gloriæ potius quam utilitatis causa conquiritur. Tum simulatam conciliationem, dubium atq; inuolutum affectum, mitē tamē animi commiserationem, ingratam uocis modulationem: sed in omni acuto artis cuiuscq; opificio, solerter manum, accommodissimumq; ingenium: tum ad rerum occultarum miram inuentionem, tum ad earum celerrimam perfectionem. Ex corporis aut partibus, os, linguamq;, & orationis humanæ adiutrices manus possidet.

♂ natura siquidem frigida & humida: ex accidenti tamen quandoque solis radijs exæstuans, ad aliquam etiam caliditatem declinans. Cuius significatio est, forma, gaudium, gloriæ affectatio: debilis tamen sensus, tenuis memoria, mendacia, delationes, assentationes, multa edacitas, sed exigua uenitentio. Significat autem leues rerū, & aquaticarum præcipue, negotiatores, negotiorum initia, & merita ex eis præmia: facultatum diuersarum, honorumq; *Corporis partes.* conlectu-

consecutores: legum, ac bonarum artium diligētes cultores, ac omnium rerum excellentissimarum dignissimos exploratores. Significat etiam matres, arias, & maiores sorores. Tum aquarum opera, terrae cultum, prīcipūmque ac prīmatū negocia: & in prīma maximē iuuentute, summam religionem, sed minime constantem, firmamque in ea perseuerantiam. Ex corporis autem partibus, rationales præcipue animantis, sinistrum oculum habet.

### TRIGONORVM DOMINI, EORVMQUE qualitates. Cap. XI.


**N**Vnc tibi Mauorti, decus nostrum, trigonorum dominos ordinabimus, ut nihil, quod ad harum stellarum conditionem, altitudinemque pertineat, relictū esse videat. Cū enim xij. signa, quatuor naturas representent per tria interualia deductas: terrena siquidem eiusdem naturae sint, necesse est. Nam cum æquilateri trianguli figura, in semet æqua sit, & conueniens, actres circuli limites terminet signifer, hoc est, V, ☽, & ♀, duodecim etiam sui partes, in quatuor trigonos diuidet. Ex hac igitur naturae cognitione, ad stellarum dignitatem, aliquid

**Trigoni ignei.** accedere licebit. Trigonis siquidem diurnis & masculinis, diuinis & masculinæ Terrei. stellæ: nocturnis uero & foemininis, nocturnæ & foemininæ præsidebunt: eo

**Aerij.** quod maioris, in ea cognitione, conuenientiæ testimonium habent. Ignei igitur trigoni, hoc est, V, ☽, & ♀ diurni, masculini, ac Septentrionalis, dominorum primus est, in die ☽, alter ☽, in nocte uero contraria, utriusque tamen particeps h. Terrei autem trigoni, hoc est, ☽, ☽, & ♀, nocturni, foeminini, ac Meridionalis, dominorum primus est, in die ☽, secundus ☽, in nocte uero contraria, utriusque tamen particeps ♂. Aerei demum trigoni, hoc est, II, ☽, & ☽, diurni, masculini, ac Orientalis, dominorum primus est, in die h, alter ☽, in nocte uero contraria, utriusque

**Aquatici.** tamen particeps ☽. Aquatici postremò trigoni, hoc est, ☽, ☽, & ☽, nocturni, foeminini, ac Occidentalis: dominorum primus est in die ☽, alter ☽, in nocte uero è contrario, utriusque tamen particeps ☽. Hæ autem omnes sunt stellarum potestates: quas si bene consideratas inuicem comparaueris, quid in unaquaque genitura, fatali suo decreto statuerint, nō obscura sanè poteris divinatione retexere.

### TRIGONI.



**D**E signorum fine, & generibus diximus. nunc de ipsorum natura, formis, qualitate, subiectis, anaphoris, explicare debemus, ut tota plenissime huius artis scientiam, tibi manifestissimis expositionibus intimemus.

**V**est signum in cœlo masculinum, æquinoctiale, regale, ignitum, forte, ueridicum, quadrupes, semicorpore, oculis languidis, erraticum, quod à Græcis <sup>nati</sup> Arietis <sup>et qualitatibus</sup> dicitur, indomitum, consonans, impurum, libidinosum, domus ♂, occasus ♀: et <sup>et qualitatibus</sup> altitudo solis circa partem xix, deiectione h̄ circa partem xx, trigonum per diem ☽, per noctem ℗. Aequinoctiale autem ideo dictum est, quod in hoc signo horas noctis, ac diei ☽ æquata moderatione componit, & ideo à Græcis <sup>τροπικόν</sup> ἡσημερινὸν appellatum est. cum enim in V○ fuerit, diurnas, nocturnas que horas componit æqualiter, ut scilicet dies horas habeat xij, nox quoq; xij. <sup>κρίσις</sup> autem <sup>spuria</sup> ideo à Græcis dictum est, quod cum in eo ☽ fuerit, inter diem: & noctem quo dāmodo iudicat, quod <sup>κρίσις</sup> dicitur: & quod in eo signo inter hyemem positus, & æstatem, ipse rursus iudicetur. Tropicum uero ideo dictum est, quod in eo signo ☽ constitutus, uernum tempus faciat. Verenim tunc initiatum, cum primam <sup>Initium Verbi</sup> eius signi partem ☽ fuerit ingressus. Ignitum deinde ideo dictum est, quia qui cuncti in genituræ horosc. ipsum habuerit, ad ignem, cholericamq; naturam declinabit. Positum est autem hoc signum in uento Aquilone.

**S**ext signum in cœlo fœmininum, Septentrionale, terreum, melancholicum, fixum, unicorporeum, quadrupes, domesticum, uitiosum, paucorum filiorum, libidinosum, diminutæ uocis, uigens in Meridie, obliquum, ponderosum, unius negotiū, impar, irrationale, facile, ac membrorum abscissorum. domus ♀, occasus ♂, altitudo ☽ circa partem tertiam, trigonum per diem ♀, per noctem ☽. Positum est autem hoc signum in uento Australi. significat quoq; saporem amarum, colorem uiridem, & album, animalia quadrupedia, scissarum unguarum, clima quintum, terras cultas, homines mediocres, omnesq; ceruicis ægritudines.

**II** est signum in cœlo masculinum, commune, bicorporeum, bipes, rationale, pulchrae uocis, alatum, sterile, uigens in Occidente, medium inter leue & ponderosum, duorum negotiorum, par, Septentrionale, acquirens euacuansq; dominus ♀, occasus ℗, trigonum per diem h̄, per noctem ♀. Positum est autem hoc signum in uento Subsolano. significat quoq; saporem dulcem, colorem mixtum, & temperatum, animalia rationalia, simium quoq;, & omnes oscines aues. Clima sextum, loca uero omnia excelsa, & aprica, ubi præcipue aucupia exercentur. Primates etiam, & astronomos, & omnes humerorum molestas ægritudines.

**III** signum est in cœlo fœmininum, mobile, semicorporeum, irrationale, mulieres, sylvestre, sine uoce, uitiosum, multorum filiorum, nocturnum, uigens in Septentrione, aqueum, flegmaticum, unius negotiū, medium inter leue & ponderosum, impar, Septentrionale, solstitiale, deiectione, falsidicum, debileq;: dominus ☽, occasus h̄, altitudo ℗ circa partem xv, deiectione ♂ circa partem xxvij, trigonum per diem ♀, per noctem ♂. Positum est autem hoc signum in uento Aphrico: significat quoq; saporem acrem, & salsum: colorem album, & leucotheum: animalia aquatica, & serpentia: clima septimum, loca stagnantia, siue flentia, homines mediocres, & omnes cordis præcordiorumq; ægritudines.

**Ω** signum est in cœlo masculinum, fixum, unicorporeum, quadrupes, irrationale, medium inter domesticum & sylvestre, libidinosum, uigens in Oriente, igneum, cholericum, mediae uocis, leue, unius negotiū, par, diurnum, Septentrionale, directum, ueridicum, forte: dominus ☽, occasus h̄, trigonum per diem ☽, per noctem ℗. Positum est autem hoc signum in uento Aquilone. Significat quoq; saporem amarum & acutum: colorem croceum, atque ad rubedinem declinatum, animalia sylvestria & ferocia, clima quintum, loca uero omnia digna, labiosicq; ascensus, castra, prætoria, regias. Principes etiam, duces, potentes, locuplesq; uiros: ac omnes pectoris, stomachiçq; ægritudines.

**m** signum est in cœlo foemininum, commune, bicorporeum, rationale, bipes, pulchræ uocis, alatum, sterile, uigens in Meridie, pôderosum, duorum negotiorum, terreum, melancholicum, impar, septentrionale, honestum, pulchrum, larygum, facile, directum, nocturnum, falsidicum, debileꝝ, domus ♀, occasus ♂, altitudo ♀ circa partem quintam decimam, deiectio ♀ circa partem uiceliam se- ptimam, trigonum per diem ♀, per noctem ♂. Positum est autem hoc signum in uento Australi. Significat quoque saporem stypticum, colorem album, purpureum, & leucotheum, animalia rationalia, & aues, clima quintum, loca omnia culta, & florentia. Viros sapientes, industrios, & ioculatores, ac omnes uentris ægritudines, & passiones.

**n** signum est in cœlo masculinum, mobile, semicorporeum, rationale, dome- sticum, bipes, pulchræ uocis, paucorum filiorum, uigens in occidente, medium inter leue & pôderosum, aereum, sanguineum, unius negotij, par Meridionale, æquinoctiale, directum, diurnum, forte, ueridicumꝝ, domus ♀, occasus ♂, alti- tudo ♂ circa partes xx, deiectio ♂ circa partes xix, trigonum per diem ♂, per no- ctem ♀. Positum est autem hoc signum in uento Subsolano. Significat quoq; sa- porem dulcem, colorem uiridem, & leucotheum, animalia uolitantia, & magna præcipue, clima quintum, loca omnia in montium cacumine, seminata, & culta. Mercatores quoq; ac iudices, diuinos etiam, & obsequiosos homines, & omnes renum ac uertebrarum ægritudines.

**m** signum est in cœlo foemininum, fixum, unicorporeum, irrationale, sylue- stre, multipes, multorum filiorum, uoce carens, uigens in Septentrione, aqueum, flegmaticum, unius negotij, impar, Meridionale, directum, nocturnum, ponde- rosum, falsidicum, debileꝝ, domus ♂, occasus ♀, deiectio ♂ circa partes tres, tri- gonum per diem ♀, per noctem ♂. Positum est autem hoc signum in uento A- phrico. Significat quoq; saporem falsum, & insipidum, colorē uiridem, rubrum ac leucotheū: animalia reptilia, & uenenosa, marina similiter, & aqua: clima tertium, loca quandoq; cepurica, & hortensia, quandoq; uero fœtida & deserta: me- dicos quoq; sed fictos, & indoctos, ac mediocres homines, & omnes inguinum ægritudines.

**t** signum est in cœlo masculinū, commune, bicorporeū, cuius prima pars ra- tionalis, altera irrationalis est, pulchræ uocis, quadrupes, libidinosum, pauco- rum filiorū, uigens in Oriente, sed pars eius secunda diminutæ uocis est, leue, igneum, cholericū, forte, duorum negotiorum, par, Meridionale, directū, diurnum, ueridicum, domesticum partim, partim sylvestre, domus ♂, occasus ♀, trigonum per diem ♂, per noctem ♂. Positum est autem hoc signum in uento Aquilone. Si gnificat quoq; saporem amarum, colorem rubrū, uel croceum, animalia rationa- lia, equos etiā, aues, & serpētes: clima secundū, loca omnia irrigua, mōtes, & hor- tos, & qcquid in se aliquid amoenitatis cōtinet: iudices demū, Dei cultores, misericordes homines, somniorū interpretes, uatesꝝ, & omnes fēmorū ægritudines.

**p** signum est in cœlo foemininum, mobile, semicorporeū, irrationale, quadru- pes, domesticum, uitiosum, paucorum filiorum, castum, diminutæ uocis, obli- quum, terreum, melancholicum, uigens in Meridie, ponderosum, unius nego- cij, impar, Meridionale, solstitiale, facile, nocturnū, falsidicum, debileꝝ, domus ♂, occasus ♂, altitudo ♂ circa partes xxvii, deiectio ♂ circa partes xv, trigonum per diem ♀, per noctem ♂. Positum autem est hoc signum in uento Australi. si- gnificat quoq; saporem amarum, & stypticum, colorem nigrum, uel leucotheum, animalia quadrupedia, & partem aquaticorum: clima primum, loca horten- sia, & irrigua, fontesꝝ, ac flumina, necnon & pascua, animalium præsepia, obscu- ræ quoq; gētis domicilia. Homines uerò rudes, ac uiles, sed profundí quosdam ingenij, & melancholicos, ac omnes genicularum ægritudines, & passiones.

**z** signum est in cœlo masculinū, fixū, unicorporeū, rationale, bipes, pulchræ uocis, paucorū filiorū, uigens in Occidēte, mediū inter leue & pôderosum, par, unius negotij, Meridionale, obliquū, diurnū, ueridicū, forte, aereū, sanguineūꝝ, domus

domus  $\text{H}$ , occasus  $\text{O}$ , trigonum per diem  $\text{H}$ , per noctem  $\text{D}$ . Positum est autem hoc signum in uento Subsolano. Significat quoque saporem dulcem, colorem ui ridem, citrinum, & leucotheum, animalia rationalia & aerea. Clima quartum, loca fluentia atque irrigua, fontes, maria, lacus, montesque. Principes quoque callidos, dolosos, uersipelles: uates demum, magos, sophistas: nuncios etiam, & tabellarios, siue cursores, & qui principum negotia nuncient: ac omnes tibiarum molestas ægritudines, & passiones.

X sunt in cœlo signum foeminiuum, duplex, humidum, aquosum, biforme, X foecundum, squamosum, maculosum, incuruum, mutum, commune. Sed unus X ad Austrum fertur, alter ad Aquilonem. Est autem domus  $\text{L}$ , occasus  $\text{D}$ , trigo num per diem  $\text{D}$ , per noctem  $\text{O}$ , altitudo  $\text{D}$  circa partem uicesimam septimam, deiectio  $\text{D}$  circa partem decimam quintam. Positum est autem hoc signum in uento Aphrico. Clima septimum, loca ruinosa & humida, pescatores etiam, & nautas, & omnes pedum ægritudines.

## SIGNORVM ORTVS SECUNDVM

diuersa climata. Cap. IIII.

**E**xpliatis signorum generibus ac formis, & natura eorum diligeti ratione perscripta, sicut nobis prudentissimis Græcorum magisterijs traditum est, illud sequenti loco debemus ostendere, quo anno unumquodque signum in genituris oriatur. Hoc autem quod proficiat, breui definitione monstramus. Oriuntur autem uarijs temporibus ac diebus, & secundum climata. Vnde quæ signa, in quibus climatis, & quo tempore oriuntur, hac ratione monstramus.

In climate primo, hoc est Aethiopiae: atque in climate secundo, quod Babylo- *Clima primi* nis est, in cæterisque omnibus regionibus, quæ his climatis subiacent, hoc tempo & secundum. ris cursu oriuntur signa: Y oritur anno uicesimo,  $\text{V}$  uicesimoquarto, II uicesimo octauo,  $\text{M}$  tricesimosecundo,  $\text{N}$  tricesimosexto,  $\text{P}$  quadragesimo,  $\text{Q}$  similiter quadragesimo,  $\text{R}$  tricesimosexto,  $\text{T}$  tricesimosecundo,  $\text{S}$  uicesimoquarto,  $\text{X}$  uicesimo octauo,  $\text{Y}$  ui cesimoquarto, X uicesimo similiter anno.

In climate quod est per Alexandriam, cæterisque regiones, quæ huic climati Tertium. subiacent, oritur Y anno decimonono,  $\text{V}$  uicesimotertio, II uicesimoseptimo,  $\text{M}$  tricesimosecundo,  $\text{N}$  tricesimosexto,  $\text{P}$  quadragesimo,  $\text{Q}$  quadragesimo,  $\text{R}$  tricesimosexto,  $\text{T}$  tricesimosecundo,  $\text{S}$  uicesimoseptimo,  $\text{X}$  uicesimotertio,  $\text{Y}$  decimonono similiter anno.

In climate uero Athenarū, ceterisque regionibus, quæ huic climati subiacent, Quartum. oritur Y anno decimooctauo,  $\text{V}$  uicesimotertio, II uicesimoseptimo,  $\text{M}$  tricesimosecundo,  $\text{N}$  tricesimosexto,  $\text{P}$  quadragesimoprimo,  $\text{Q}$  quadragesimoprimo,  $\text{R}$  tricesimosexto,  $\text{T}$  tricesimosecundo,  $\text{S}$  uicesimoseptimo,  $\text{X}$  uicesimotertio,  $\text{Y}$  decimooctauo similiter anno.

In climate Vrbis, aureisque regionibus, quæ huic climati subiacet, Y oritur an Quintum. no decimoseptimo,  $\text{V}$  uicesimosecundo, II uicesimoseptimo,  $\text{M}$  tricesimosecun do,  $\text{N}$  tricesimoseptimo,  $\text{P}$  quadragesimosecundo,  $\text{Q}$  similiter quadragesimosecundo,  $\text{R}$  tricesimoseptimo,  $\text{T}$  tricesimosecundo,  $\text{S}$  uicesimoseptimo,  $\text{X}$  uicesimosecundo,  $\text{Y}$  decimoseptimo.

In climate uero Helleponiti, ceterisque regionibus, quæ huic climati subiacet, Sextum. oritur Y anno decimosexto,  $\text{V}$  uicesimosecundo, II uicesimoseptimo,  $\text{M}$  tricesimosecundo,  $\text{N}$  tricesimoseptimo,  $\text{P}$  quadragesimosecundo,  $\text{Q}$  similiter quadragesimosecundo,  $\text{R}$  tricesimoseptimo,  $\text{T}$  tricesimosecundo,  $\text{S}$  uicesimoseptimo,  $\text{X}$  uicesimosecundo,  $\text{Y}$  uero decimosexto anno.

In climate Septentrionis, ceterisque regionibus, quæ huic climati subiacent, Y Septimum. oritur anno decimoquinto,  $\text{V}$  uicesimoprimo, II uicesimonono,  $\text{M}$  tricesimosecundo,  $\text{N}$  tricesimoseptimo,  $\text{P}$  quadragesimoprimo,  $\text{Q}$  similiter quadragesimoprimo,  $\text{R}$  tricesimoprimo,  $\text{T}$  tricesimotertio,  $\text{S}$  uicesimoseptimo,  $\text{X}$  uicesimoprimo,  $\text{Y}$  decimoquinto similiter anno. Hi sunt signorum ortus, quibus stelæ singulæ ad sui efficaciam promouentur;

IVLII FIRMICI MAT.  
SIGNORVM VENTIS SUBIECTIO  
nes. Cap. XLI.

**I**llud etiam nos scire conuenit, quæ signa, quibus sint subiecta uentis: hæc enim nobis scientia, maximè in apotelesmatis, necessaria est. Aquiloni subiecta sunt signa  $\Upsilon$ ,  $\Omega$ ,  $\ddot{\tau}$ . Austro  $\sigma$ ,  $\eta$ ,  $\beta$ . Apeliotæ, quem nos Subsolanum dicimus,  $\Pi$ ,  $\omega$ ,  $\approx$ . Aphrico uero, qui à Græcis  $\lambda$ ι $\nu$  dicitur,  $\varpi$ ,  $m$ ,  $\chi$ .

*Αναφοραις ιωαρινοι aliter ab alijs traduntur. Proinde ne mirere lector, si ab huic traditione hic uariant autores. Vid. Geor. Val. lib. 4. Astrolo. cap. 62.*

SEPTEM CLIMATA.									
S.	1	2	3	4	5	6	7	Venti.	
$\Upsilon$	20	20	19	18	17	16	15	Aquilo.	
$\sigma$	24	24	23	23	22	22	21	Auster.	
$\Pi$	23	23	27	27	27	27	27	Subsol.	
$\varpi$	32	32	32	32	32	32	31	Aphric.	
$\Omega$	36	36	36	36	37	37	37	Aquilo.	
$\eta$	40	40	40	41	42	42	41	Auster.	
$\omega$	40	40	40	41	42	42	41	Subsol.	
$m$	36	36	36	36	37	37	37	Aphric.	
$\ddot{\tau}$	32	32	32	32	32	32	32	Aquilo.	
$\beta$	28	28	27	27	27	27	27	Auster.	
$\approx$	24	24	23	23	22	22	21	Subsol.	
$\chi$	20	20	19	18	17	16	15	Aphric.	

*Sic ho-*

Sichodiehabent αναφρούς ισαιρινοί.

## CLIMATA.

	1	2	3	4	5	6	7	8	
	G	M	G	M	G	M	G	M	Venti.
Y	24	27	22	40	21	4	19	24	Aquilo.
♂	27	6	25	40	24	18	22	54	Auster.
II	31	6	30	28	29	54	29	17	Subsol.
Ωδ	33	20	33	56	34	30	35	7	Aphric.
Ω	32	41	34	8	35	30	36	54	Aquilo.
เมษ	31	20	33	8	34	44	36	24	Auster.
♒	31	20	33	8	34	44	36	24	Subsol.
III	32	41	34	8	35	30	36	54	Aphric.
†	33	20	33	56	34	30	35	7	Aquilo.
ρ	31	6	30	28	9	54	29	17	Auster.
♒	27	6	25	40	24	18	22	54	Subsol.
X	24	27	22	40	21	4	19	24	Aphric.

**N**unc duodecatemoria qua ratione perquiras, breuiter ostendam. Quidam enim ex ijs putant totam se posse genituræ substantiam inuenire; & quicquid in decreto celatur, ex duodecatemorij possit prodigi significat. Quid autem sint duo decatemoria, hoc docetur exemplo: Cuius stellæ uolueris duodecate-  
morian quærere, partem eius duodecies computes, & quantæ fuerint, diuidas,  
easq; signis singulis reddas, ab ipso signo incipiēs, in quo stella est, cuius duo  
decatemorion quæritur: & in quo cunq; signo ultimus numerus uenerit, ipse ti-  
bi partem duodecatemorij ostendet. Sed ut manifestius intelligas, etiam exem-  
plum huius rei dicemus. Pone ☽ in Y esse p. 5, & mi. 5. duodecies 5 faciunt p. 60,  
item duodecies 5 mi. faciunt similiter 60, quæ 60 mi. unam faciunt p. ac per hoc  
fiunt p. 61. ex quibus da Y, in quo ☽ esse diximus, 30, & 8 30. inuenitur ☽ duode-  
catemorion in p. prima II. Quære itaq; ne ☽ plena, per diem in fines oī duode-  
catemorion mittat: nē ue minuta, hoc est deficiens, in Saturni, aut ne oī in occa-  
su, aut ne ♀ in Martis, & oī in ♀, & à finibus, & decanis, ac cōditionibus, ut pro-  
fint, uel noceant, accipiant potestatem. Deficit enim ☽ benignitas, cum infirmi-  
tate signi, uel partium, uel decani, uel conditionis immutatione, benignitas eius  
fuerit impedita. Sed & malitia ☽ fortius crescit, cum ex loci qualitate, uel finiū,  
uel decani, uel signi, uel ex horum omnium cōditione prouocata, fortiorum ad  
nocendum acceperit potestatem. Simili modo etiam cæteræ stellæ. Vnum ta-  
men sciendū est, quod licet beneuola sit ☽ stella, nihilominus contra impugna-  
tionem oī & ☽ si eam violenta radiatione cōstringant, resistere sola non possit.  
*Tous stelle mi-  
rabenignitas.* Essent tamen immortales homines, si nunquam in genituris suis ☽ benignitas  
uinceretur: sed quia sic artifex Deus hominem fecit, ut substantia eius, transacto  
certo uitæ spacio, solueretur, necesse fuit, ut retento ☽ per quem uita confer-  
tur hominibus, ac salutare præsidium, in extinguendo homine, maleuolarū stel-  
larum malitiosa ac pernicioſa potestas, cum augmento malicie permaneret: ut  
maleuolis radiationibus impugnata, compago corporis solueretur.

CIRCA HOROSCOPIUM CONSIDE-  
randa. Cap. XVI.

**N**unc ad expositionem cardinum, locorumq; omnium, transferatur inter-  
nio. nam cum hæc omnia à nobis fuērint diligenter inuenta, debemus de-  
inceps decreta singula hominis, per quæ omnis uitæ eius substantia diuiditur,  
inuenire: sed interim platicè. nam paulo pōst, cum ad libros Apotelesmatum ue-  
nerimus, partiliter ostendemus rationē, qua possint loca singula secretis inqui-  
sitionibus colligi. Debet enim is qui instituitur, primum platicè institui: ut his  
apertioribus leuioribusq; compositus atq; formatus, secretiora deinceps geni-  
turæ confidentius consequatur. Cum enim locus ipse partiliter fuerit inuentus,  
considerandum est, qualis sit, in quo signo, & in cuius sit finibus, & quæ illi stel-  
læ, quatenus testimonium perhibeant. Illud etiam maximè considerandum est,  
dominus loci ipsius signi, quo in loco sit positus, uel in quali signo, uel in qui-  
bus finibus sit. quæ res diligentissimè requirenda est, & an beneuolarum stella-  
rum testimonij adornetur, an uero maleuolarū impugnatione pulsetur. Nunc  
ad platicem, locorumq; definitionem reuertamur, ut sic ordinem cardinum cæ-  
terorumq; locorum explicare possimus.

CARDINES, EORVMQUE SVCCES-  
dentes Cap. XVII.

**D**E octo locis sollicitè legeudum. Definitio igitur octo locorum hæc est: Pla-  
ticæ uitæ locus est in eo signo, in quo est horoscopus constitutus: pecunie  
uel spei, in secundo ab horosc. signum fratum, in tertio: parentum, in quarto: fi-  
liorum, in quinto: ualentudinis, in sexto: coniugis, in septimo: mortis, in octavo:  
quæ omnia initium ab horoscopo facientes, hac nominum definitiōne mon-  
strauiimus, uitæ, spei, fratum, parentum, filiorum, ualentudinis, coniugis, mortis.  
Sed hæc, sicut superius diximus, platicè, ad informanda initia discentis, dixisse  
sufficiant.

sufficient. Postea uerò, quatenus hæc loca subtili partium definitione monstrantur, explicare curabimus. Sanè illud scire debes, quod ea quæ in uirorum genitüris dicitur, eadē in mulierum genitüris operantur: illud scientes, de mulieribus intelligenda.

## GENITVRÆ CARDINES. CAP. XVIII.

**I**N genitüris cardines sunt quatuor, ortus, occasus, MC, IM C: quæ loca à Græcis solēt appellari nominibus his, αὐτολη, οὐσις, μετρανια, τάχειον. Ortus est dimes. pars horoscopi, quæ in omnīs genitüræ tēpore ab orientali parte primū emerget, ac per 30 deinceps partes educitur, quæ à Græcis αὐτολη appellatur. Occasus autem est pars coeli, in septimo ab horosc. loco partiliter exposita, quæ à Græcis οὐσια τροπη δυτικη dicitur. quod ut facilius intelligas, à parte horosc. computa, per cætera signa p. 180. & in quo cuncti signo 181 p. fuerit inuenta, in ipso signo, uel p. genitüræ constitutatur occasus. Medium uerò cœlum est, ab horoscopō decimū signum: sed interdum medium cœli etiam in undecimo ab horosc. signo, partiliter inuenitur. quod ut manifestius intelligas, à parte horosc. computa, per cætera signa, quæ sequentur p. 270. & in quo cuncti signo 271 pars fuerit inuenta, hæc MC sortita est, quod à Græcis μετρανια dicitur. Imum uerò cœlum, quod à MC. Græcis τάχειον dicitur, in quarto ab horoscopo constituitur loco. quod ut facilius intelligas, computa à parte horoscopi per ordinem 90 p. & ubi 91 p. cecidere, illuc IM C locus ponitur. His sunt geniturarum ac decretorum quatuor cardines, quos diligenti semper debemus ratione colligere, ut omnem substantiam sati uerissimis pronunciationibus explicemus.

## QUATVOR LOCA SECUNDIA. CAP. XIX.

**P**ost hos quatuor cardines, hoc est, post ortum, occasum, MC, IM C, alia sunt in genitüris quatuor loca, quæ sequentem & secundam habent potestatem, id est dea, deus, bona fortuna, & bonus dæmon: quæ à Græcis haec tenus nominantur, θεα, θεος, ἀγαθη τύχη, ἀγαθοδαιμων. Dea est tertius ab horoscopō locus, id est, tertium ab horosc. signū. hic locus à Græcis, sicut diximus, θεη dicitur. Deus uerò illud signum est, quod contra hoc signum in diametro fuerit constitutum, id est, nonum ab horosc. signum. hic locus à Græcis θεος dicitur. Bona fortuna in quinto ab horosc. signo collocatur, qui locus à Græcis ἀγαθη τύχη dicitur. Bonus uerò dæmon in diametro huius signi collocatur, id est, in undecimo ab horosc. loco. hic locus à Græcis ἀγαθοδαιμων dicitur.

## PIGRA DEIECTA' QVE FIGVRÆ

loca. Cap. XX.

**R**esidua quatuor loca pigra & deiecta esse dicuntur, ob hoc, quod nulla cum horoscopo societate iungatur. Est autem ex his residuis quatuor locis primus, qui in secundo ab horoscopo signo constituitur: qui locus inferna porta dicitur, uel αναφορæ. In diametro huius signi qui locus fuerit, id est, in octauo ab horosc. signo, ὄντα προφορα appellatur, uel superna porta. Nouissima uerò loca sunt, malæ fortunæ, & malii dæmonis. Et mala fortuna, in sexto ab horoscopo signo constituitur. Malus uerò dæmon, in duodecimo ab horoscopo signo ponitur. Sed malam fortunam Græci νοειτε τύχη dicunt: malum uerò dæmonem, id est, locum in duodecimo ab horoscopo signo, Græci νοειτε αίμονα uocant.

## LOCORVM FIGVRÆ ORDINES. CAP. XXI.

**N**unc scire debemus, ex his duodecim locis, quæ præcedat, quæ ue sequuntur, id est, quæ loca prima sint, quæ ue secunda, ut omnia diligenti possimus ratione colligere. Horosc. præcedet occasum: MC, IM C præponitur: undecimus locus, id est bonus dæmon, bonæ fortunæ præfertur: nonus, id est deus, tertio loco, id est dea, præponitur: ὄντα προφορα, id est octauus ab horoscopo locus anaphoræ præponitur: mala fortuna, id est sextus ab horoscopo locus, malo dæmoni, id est duodecimo ab horoscopo loco, præponitur. Scieđa sunt autem haec omnia, ut cum ad apotelesmata uenerimus, cuncta miscentes & temperantes, sententias nostras fideliter ueritatis ratione firmemus.

**N**Vnc duodecim locorū specialiter significaciones explicare debemus, ab horosc. incipientes: ut expositis per ordinem omnibus, confusionis obscuritas luminetur, & apertius sequentia cognoscantur.

- Locus primus.** Primus est locus, id est illa pars, in qua horosc. est constitutus. In hoc loco uita hominum & spiritus continetur, ex hoc loco totius genitiae fundamenta scuntur. Hic locus ab ea parte, in qua fuerit horoscop. uires suas per residuas p. 30 extendit. Est autem cardo primus, & totius genitiae compago atq; substantia, quae reliquis aditum præbet.
- II.** Secundus ab horoscopo locus, in secundo loco cōstituitur, & accipit initium à 30 horosc. p. & uires suas per 30 residuas p. extendit. Ex hoc signo, spei ac possessionis incrementa noscuntur. Est autem piger locus, ab horosc. alienus, ideo & inferna appellatur porta, quod nulla cum horosc. radiatione cōiungitur, nec aliquo miscetur aspectu:
- III.** Tertius locus est, qui in tertio ab horosc. signo constituitur, qui à 60 ab horosc. p. initium accipiēs, in 90 definit. Ex hoc loco, de fratribus & amicis cuncta dicemus. Huic loco dea nomen est. Est autem peregrinantis locus hic primus, cum horosc. tenui societate coniungitur: respicere enim horosc. de hexagono uidetur.
- IV.** Quartus ab horosc. locus, id est imum cœlum, in quarto ab horosc. constituitur signo, cuius initium à p. xc profectū, usq; ad p. cxx peruenit. Hic locus ostendit nobis parentes, patrimonium, substantiam, fundamenta, mobilia, & quicquid ad latentes uel repositas patrimonij pertinet facultates. Est autem hic genitiae cardo. Imum cœlum autem ideo dicitur, quod in diametro M C cōstituitur. Sed hic locus cum horosc. maxima societate coniungitur, quia de quadrato horosc. respicit, & per quadratum ab horosc. uidetur aspectum, ut patet inuestiganti.
- V.** Quintus ab horosc. locus, in quinto ab horosc. signo constituitur, quia à cxx ab horosc. p. initium accipiens, usq; ad cl p. extenditur. Ex hoc loco filiorum numerus, & generis æqualitas inuenitur. Appellatur autem bona fortuna, quia locus est ♀. Sed & hic locus cum horosc. maxima societate coniungitur, & interdum in diametro huius signi M C pars constituitur. Ideo autem cum horosc. maxima cōiunctione sociatur, quia de trigono ab horosc. uidet, eiusq; radios capit.
- VI.** Sextus locus in sexto ab horosc. signo constituitur, qui à cl p. horosc. initium accipiens, usq; ad clxxx extenditur. In hoc signo causam uitij ac ualeudinis inueniemus, qui locus mala fortuna appellatur, ob hoc, quia locus est ♂. Est autem etiam hic locus piger, quia nulla cum horosc. societate coniungitur: sed interdum loci ipsius malitia subleuatur, si in eo loco stella collo cata, aliae stellæ in decimo ab horoscopo loco inuentæ, prospera fuerit radiatione coniuncta, quæ illam iuuet.
- VII.** Septimus locus, in septimo ab horosc. signo constituitur: qui à clxxx p. profectus, usq; ad ccx extenditur, & illuc definit. Est autem initium eius in clxxx p. constitutum. In hoc loco aliis est cardo genitiae. Appellatur autem occasus à nobis: à Græcis uero, sicut superius diximus, δύσης, qui cardo est contra horosc. cardinem positus. Ex hoc loco qualitatem & quantitatem quæramus nuptiarum. Sed & hic locus uiolenta cum horoscopo societate coniungitur, & diame tro ab horoscopo uidetur.
- VIII.** Octauus locus in octauo ab horosc. constituitur, quia à ccx p. ab horosc. profectus, usque ad ccxl p. extenditur, & illuc definit. Hic locus ἄναγκαι φορεῖ dicitur. Est autem piger locus, quia nec ipse aliqua cum horosc. societate coniungitur. Ex hoc loco, mortis qualitas inuenitur. Scire autem nos conuenit, quod nulla in hoc loco gaudeat stella, nisi sola ♂, sed in nocturnis solūmodo genituriis: nam si in hoc loco, in nocturna genitura, crescens ♂ fuerit inuēta, & eam sic positam, sine societate, uel radiatione maleuolarum stellarum, & hexagono, uel trigono respexerit

respexerit in domo sua, aut in domo ♀, aut in domo ♂ constitutam, aut in domo ℥, aut in finibus earum, quas diximus, stellarum, maximas decernit facultates, & ultra modum diuitias, & magnificas potestatum glorias, & nobilitatis ornamenta perspicua pollicetur.

Nonus locus, in nono ab horosc. signo constituitur: cuius mensura à 240 pro IX. fecta, usq; ad 270 p. extenditur. Est autem diei ac ☽ locus. In hoc loco, hominum sectas inuenimus: est autem de religionibus & peregrinationibus. Ethic locus cum horoscopo maxima radiatione coniungitur: de trigono enim ab horoscopo uidetur, eiusq; radios suscipit.

Decimus locus, in decimo ab horosc. signo constituitur: quia à 270 p. initium X. accipiens, usq; ad 300 p. extenditur, & illuc desinit. Sed hic locus principalis est, & omnium cardinum potestate sublimior. Hic locus à nobis M C, à Græcis uero μεγαλία appellatur: est enim in media parte totius mundi constitutus. In hoc loco uitam, sp̄ritus, actus etiam omnes, patriam, domicilium, totamq; conuersationem inuenimus: artes etiam, & quicquid nobis artium suffragio cofertur. Ex hoc loco, animi uitia faciliter perspicimus. Huius loci potestas cum horoscopo societate coniungitur, quoniam de quadrato ab horoscopo uidetur.

Vndecimus locus, in undecimo ab horosc. signo constituitur: qui locus à 300 XI. p. profectus, usq; ad 330 p. constituitur. Appellatur autem hic locus à nobis, bonus dæmon, uel bonus genius: à Græcis uero ἡγαθὸς θεός. In hoc loco M C frequenter partiliter inuenitur. Est autem locus ℥, & cum horosc. non parua societate coniungitur: de Hexagono enim horosc. uidet, & de Hexagono ab horosc. uidetur, eiusq; radios capit.

Duodecimus locus, in duodecimo ab horosc. constituitur signo: qui à 330 p. XII. profectus, usque ad 360 p. constituitur. Hic locus à Græcis μεγάλη μέρη appellatur, à nobis autem malus dæmon. Ex hoc loco, inimicorum qualitas, & seruorum substantia, faciliter nobis significacione monstratur: uitia etiam in hoc loco, & aegritudines inuenimus. Sed & hic piger locus est, quia nulla cum horosc. societe coniungitur. Est autem locus ™. Sanè patrem & in viri & mulieris genitura ostendit, matrem ♀, uxorem ♀, & uerò maritum.

#### LOCORVM DODECIM NOMINA, APOTE-

Iesmataq;. Cap. XXII.

**N**unc quia duodecim locorum qualitates, nomina, substantiamq; diximus, breui debemus hæc eadem loca significatione monstrare. Initium itaq; sit nobis horosc. cuius principium loca cætera subsequuntur. His itaq; nominibus loca hæc appellari conueniet: Vita, spes, dea uel fratres, parentes, filii, uale tudo, coniunx, mors, religio uel deus, M C, bonus dæmon, malus dæmon. Per hæc nomina, & per hæc loca, totius geniture substantia queritur: quæ cum diligenter inspexeris, animoq; cōceperis, omniaq; cum ista societate cōiunixeris, animaduerte, quæ stellæ loca ipsa possideant, conditiones etiam diurnarum stellarum ac nocturnarum diligenter inspicias. Sed & qualia singulis locis beneuolæ stellæ testimonia perhibeant, quæ uerò loca maleuole stellæ radiatione percutiant: *stelle bene*. quemcunque enim locum beneuolæ stellæ respexerint, uel in eodem loco constitutæ, uel de trigono, uel de hexagono, omnia quæ querenda diximus, feliciter proueniunt. Si uerò sine testimonio beneuolarum uellarum, sola maleuola *Maleuola*. stellæ, uel ibidem constitutæ, uel de quadrato, uel de diametro, hæc eadem inficerint loca, pro qualitate uniuscuiusq; loci, omnia quæ in superiori orationis no *Mixta*. stræ parte tetigimus, ac diximus, in singulis locis uidere debere, crebris infortuniorum calamitatibus cumulant. Si uerò & beneuolæ & maleuolæ stellæ, pari radiatione respexerint, & felicitas minuitur, & infortunium mitigatur, & tota loci substantia mediocri aequalitatis ratione componitur: ut à maleuolis nocentibus, beneuolarū stellarum salutari præsidio liberentur. Inspice etiā, quæ stella, *Stelle loci*, in quo loco cōstituta, cuius stellæ domiciliū, uel fines possideat: et si in aliena domo fuerit cōstituta, inspice dominū ipsius, quæ locū geniture possideat: & an in primis

primis cardinibus sit geniturae, an uero in secundis locis, an in pigris, & in altitudine sua, an in deiectione: & an in quibus gaudeat signis, an in quibus naturali quodam dolore tristetur. Si enim dominus signi bene fuerit collocatus, felicitatis ipsius partem, etiam illa stella, de qua quaerimus, ex hospitis gaudio mutatur. Si uero dominus ipsius signi aliqua sit ratione deiectus, etiam illa stella, de qua quaerimus, licet sit in opportunitate geniturae locis posita, & ad praestandum aliquid, faciliter ratione firmata, ex deiectione illius stellae, quae signi domina est, participatis deiectionibus impeditur, et ex nostris actibus faciliter potes ratione colligere. Si cuius enim amici tui, uel hospitis, domicilium aut domum, hospiti gratia fueris ingressus, & dominus domus felicibus subleuetur augmentis, etiam tu particeps felicitatis existes: laetitiae enim gaudium, hospitis tui felicitibus mutuaris. Si uero hospes tuus misero sit squallore deformis, & deiectis infortuniorum casibus implicatus, etiam & te participata doloris atque infortunij tormenta conficiunt. Sic & stellas, signorum domini, cum bene fuerint collocati, subleuant: & ad status sui conditionem, habitatorem atque hospitem domus suae, cum æquata societatis ratione componunt, & ad sui licentiam formant hospitis potestatem.

*Genitura obseruanda.*

Quare etiam, si diurna genitura est, quatenus stellæ, quæ diurnis genituris gaudent, positæ sint: & quatenus, quæ nocent diurnis. Si enim stellæ, quæ per diem gaudet, in diurna genitura principes possederint locos, & in primis cardinibus fuerint inuentæ, maxima felicitatis incrementa decernunt. Si uero stellæ, quas per noctem gaudere diximus, in diurna genitura principalia loca, uel primos genituræ possederint cardines, infinita infortunia continuatis calamitatibus indicant. Hoc & in nocturnis genituris obseruare debemus, sed immutato ordine potestatis. nam si in nocturna genitura, stellæ, aut supercoelestium imaginum formæ, quas diximus gaudere per noctem, principalia loca, uel primos genituræ possederint cardines, simil modo maxima felicitatis augmentatione decernunt: si uero in nocturnis genituris, quas diximus diurna conuersatione gaudere, principalia loca, uel primos genituræ possederint cardines, totum felicitatis ornatum caducis faciunt miseriarum casibus implicari. Hec omnia si diligenter ratione fuerint collecta, & si beneuolarum stellarum maleuolarumque mixtrias, locorum uim, & signorum, & partium potestates, æquata coniunctionis comparatione sociaueris, totum hominem, a primo usque ad nouissimum diem, & omnem eius uitam, ac spem, fratres etiam, parentesque, & filios, ualestudinem, coniugem, mortem, sectam, actus, honores, peregrinationes, domicilium, fundamenta, substantiam, amicorum ac inimicorum accusationes, periculaque, faciliter definitionis explicacione designabis. Hæc in hoc institutionis libro sufficienter interim diximus: uerum cum ad apotelesmata uenerimus, omnia primum placere, deinde subtili interpretatione dicemus, cuncta faciliter designatione monstrantes, ne pronunciandi scientiam aliqua trepidatio dubitationis impediatur.

#### GENITVRARVM QVALITATES, QVAE SCI-

licet nobiles, quæ ue mediocres nuncu-

pentur. Cap. XXXIII.

**I**llud etiam nos scire conuenit, quod mediocris est genitura, quæ unam stellarum præter ☽ & ☿ in domicilio suo constitutam, in principalibus geniture locis habuerit collocatam. Medijs etiam felicitatibus subleuantur, qui duas stellas in domicilijs suis, in opportunitate geniturae locis, habuerit positas. Ultra modum felix ac potens erit, qui tres habuerit. Propè autem deorum accedit felicitatem, qui quatuor stellas in domicilijs suis habuerit constitutas. Ultra hunc numerum, humani generis substantia non patitur. Qui uero nullam stellam in domicilio suo habuerit constitutam, ignotus, ignobilis, &

miseris erit semper actibus implicatus.


## STELLARVM ASPECTVS OMNES. CAP. XXV.

**E**Tiam in primis illud docere debemus, quid sit diametrum, quid trigonum, quid quadratum, quid Hexagonum, quid abiectum: quid sit etiam trigonum de xtrum, quid sinistrum, quod hexagonum dextrum, quod sinistrum. Diametrū est arietis ♈, & librae ♍, & diametrum est m & m ♍, & cætera omnia signa simili modo. Sed ut non solum oculis hoc, sed & computatione inuenias, breui docemus exemplo. A signo ad aliud signum, septimum quod fuerit, hoc est diametrum. Sed hec semper maligna radiatio est, ac minax. Trigonum est, à quo initiamus, si trigonum quintum. quod hoc docetur exemplo: ab ♍ usque ad ♑ trigonum est, & si liter à ♍ usque ad ♑, & sic per omnia signa, quodcunque in signo, fuerit, hoc est trigonum. Scire etiam debemus, quid sit dextrum trigonum, quid sinistrum. De trigonum dextrum est, quod ab eo signo, à quo incipimus, retro est: sinistrum uero, quod ante: utputa ♍ dextrum trigonum est ♐, sinistrum uero ♑: & simili modo, ♑ strum. dextrum trigonum est ♍, sinistrum uero ♐. Sagittarij uero ♑ dextrum trigonum est, ♍ uero sinistrum: sic & in cæteris omnibus signis, trigona quæres: & hæc est prospera felixq; radiatio.

Quadratum est ab eo signo, à quo inchoamus, quod quartum fuerit signum, quadratum: quod hoc docetur exemplo. ♍ quadratum est signū ♈, & ♈ ♉, & ♉ ♊, & ♊ ♍: sed quod sit quadratum dextrum, quod sinistrum, simili ratione, sicut in trigonis diximus, inuenies. Nam quodcunque retro fuerit, quadratum dextrum est: ut ♍ ♊, sinistrum ♈: sic & in cæteris omnibus quadratis quod retro fuerit, dextrum est: quod autem ante, sinistrum. & hæc minax est radiatio, & maliciofa postestate composita, ac inimicitia lioare plena.

Hexagona hoc idem sunt, quod trigona, sed minoris potestatis. Hexagonum hexagonum: est itaque ab eo signo, à quo initiamus, tertium, utputa ♍ sunt Hexagoni II: quod uero sit Hexagonum dextrum, quod sinistrum, sicut cætera inuenies. Sed ne qua sit contouersia, etiam huius rei damus exempla. ♍ dextrum Hexagonum est ♈, sinistrum uero II. sic & in cæteris signis, quod retro fuerit, dextrum est, & sinistrum, quod ante: sed Hexagona illa sunt potiora, quæ habent in medio tropica, uel duplicitia signa: inefficacia uero, quæ signis solis dividuntur.

## Diametra, Trigona, Quadrata, &amp; Hexagona.



**Q**Væ ratio coniungat horosc. trigona, quadrata, diametra, ac hexagona, diximus radiatione. Nunc illud breuiter explicandum est, cur quædam loca cum horosc. monstrauimus, radiationis societate coniungi, quædam uero auersa esse ab horosc. & quodammodo aliena, quæ non immerito pigra diximus. hæc omnia enim explicare debemus, ut iste institutionis liber, plena Matheseos substantia muniatur. Omnia signa inuicem sibi obligata iunguntur. Cur hoc dixerimus, breuiter addisce. Omnia signa triginta habere diximus p. si itaque has 30. p. duodecies iunctas, unum feceris numerum, perficies, 360. p. quæ per omnia xij, signorum corpora diuiduntur, unde omnia sibi signa, inuicem uicinitas coniunctionis associat. Quæcunq; itaq; integro p. numero iuncta 360. p. fecerint, ipsa sibi æqualitatis ac societatis radiatione iunguntur. Hexagonum diximus, cum horosc. & cum cæteris radiationibus societate coniungi. quid sit autem Hexagonum, & ante diximus, & nunc partiliter intimamus. A parte horosc. quæcunque 60. p. fuerit, ipsa Hexagonum latus demonstrat. si itaque sexies 60. miscueris, integrum 360 parties numerum: qui itaq; integris sex partitionibus iunctis, omnes 360. p. numeros impleuerit, æquata societate coniungitur. Trigonum uero, id est quintus ab horosc. locus, & à cæteris, siue sit dextrum trigonum, siue sinistrum, maxima diximus cum horosc. uel cum cæteris societate coniungi: sed & hoc qua ratione fiat, breuiter explicemus. A prima horosc. p. profecti, in 120. p. triplicauerimus, primum integrum 360 p. numerum complebimus. hac radiatione coniunctionis, iste locus horosc. coniungitur, sed & omnia trigona hac sibi societatis radiatione iunguntur. Quadratum quoq; cum horosc. diximus ualidissima radiationis societate co. iügi: sed & huius coniunctionis rationem breuiter ostendam. A' p. horosc. prima profecti 90. p. hunc locum constituimus, quadruplicata itaque 90. p. integrum 360. p. numerum complemus. Vide quam opportunè quadratum sit latus dignum, quia quadruplicatus 90. p. numerus omnē subastiam 360. p. complet: ideoq; quadratum nomen accepit. hæc q; in omnibus quadratis ratio est. Diametra diximus, cum horosc. radiationis societate coniungi, sed & huius coniunctionis ratione explicabo. A' primo horosc. p. profecti, in 180. p. hunc locum constituimus. si itaq; 180. duplicauerimus, integrū numerum 360 faciemus: unde quia duo integrū numeri, id est 180. bis iuncti, integrum 360. p. substantiam reddunt, maxima sibi hæc loca radiatione societatis iunguntur, hæc in omnibus diametris radiatio est. Quæ uero loca sunt ita posita, ut partes eorum nulla uel duplicatione, uel triplicatione, uel quadruplicatione integrum 360 p. numerum perficiant, nulla cum horosc. nec alio signo, quod sic ceciderit, societatis ratione iunguntur: ac per hoc quocunq; signum extra hunc numerum fuerit inuentum, pigrum, & abiectum dicitur.

S V P E R H V M A N O C O R P O R E S I G N O-  
rum dominia. Cap. XXVII.

**E**xplicare debemus signa, quas partes humani corporis teneant. hoc enim & ad apotelesmata uehementissime proficit, præsertim cum locum ualeturnis, uel uitij uoluerimus inuenire. Caput hominis in signo Y est, ceruix in V, humeri in II, cor in III, pectus & stomachus in I, uenter in IV, renes & uertebræ in V, natura in VI, femora in VII, genicula in VIII, tibiae in IX, pedes in X: & sic per hæc signa tota membræ hominis diuiduntur.

SIGNORVM MEMBRA.

<b>Y</b>	Caput	<b>V</b>	Cenix	<b>II</b>	Humeri
<b>III</b>	Cor	<b>I</b>	Pectus	<b>IV</b>	Venter
<b>V</b>	Renes	<b>m</b>	Inguina	<b>V</b>	Femur
<b>p</b>	Genua	<b>III</b>	Tibiae	<b>X</b>	Pedes.

## VITAE HUMANAЕ DATOR. CAP. XXVIII.

**N**Vncillud explicare debemus, quæ stella, quot annos, bene locata plures, male uero collocata, pauciores decernat. Cum datorem uitæ diligenter inspexeris, id est, dominum genitum, & uideris, quo sit in loco positus, & in qualib signo, & in quibus p. sed & dominus signi ipsius, in quo est uitæ dator constitutus, simili si ratione perspexeris, quo sit in loco, & in quo signo, & in quibus p. situs: luna quoq; quatenus datorem uitæ, & beneuolæ stellæ respiciant, facile totius uitæ poteris definire substantiam. Nam si & ipse dator uitæ, bono in loco sit positus, & in bono signo, & in bonis p. integer annorum decernitur numerus, præsertim si datorem uitæ  $\text{L}$  in diurna genitura, & in nocturna, prospera radiatione sustentent.  $\text{H}$  igitur si dator uitæ fuerit, & integrū decreuerit annorum nū  $\text{H}$  merū, 57 annos decernit: si mediè, 42, menses q̄ sex: si uero male decreuerit, 30 annos, aut mēses 20, aut dies 30, & horas 12 decernit. Si  $\text{L}$  dator uitæ fuerit, & bene decreuerit, 79 annos decernit: si mediè, 45, menses q̄ sex: si male, annos 12, aut menses 12, dies 12 horas, 12 dies 15.  $\text{O}$  si dator uitæ fuerit, & bene decreuerit, 66 annos  $\text{O}$  decernit: si mediè, 40, & menses sex: si male, annos 15, aut menses 15, horas xij.  $\odot$  si bene decreuerit, 120 annos decernit: si mediè, 69, & menses 6: si male, annos 19, aut mēses 19, dies 19, horas xij.  $\varnothing$  si bene decreuerit, 82 annos decernit: si mediè, 45, & mēses 6: si male, annos 8, aut menses 8, horas xij.  $\mathcal{D}$  si bene decreuerit, 76 annos decernit: si mediè, 48, & menses 6: si male, annos 20, aut menses 20, horas xij.  $\text{D}$  si bene decreuerit, 108 annos decernit: si mediè, 66, & menses 6: si male, annos 29, aut menses 29, dies 29, horas xij. Si itaq; dominus uitæ, uel dator uitæ, id est dominus geniturae, in domo sua, uel in altitudine sua, uel in finibus suis fuerit, & conditionis suæ stellæ, bonū ei testimonium perhibeat, id est, bona illū radiatione respiciant, & ipsæ stellæ, quæ testimonium perhibeāt, bene sint posita, maior annorum decernitur numerus: medium uero ætatem tunc præcipue decernunt, si dator uitæ sit quidem in finibus suis, uel in suis domicilijs, aut in ortu, uel dignitate sua, & maleuolis tamen sit radiationibus impeditus, uel in deiecto loco positus, aut nullius stellæ testimonio munitus.

## CHRONOCRATOR. CAP. XXIX.

**C**Hronocratorem dixerunt Græci temporum dominum. Sed initium temporum in diurnis genituris  $\odot$  accipit, & cæteris diuidit: in nocturnis  $\text{D}$ . nec aliā rationem admittas, quia hæc ab omnibus probatur. Cum itaq;  $\odot$  dominus temporum fuerit, tenet dominatū annos 10, menses 9. Similī modo &  $\text{D}$ , cum domina temporis fuerit, tenebit annos 10, menses 9. In diurna itaq; genitura, primum decennium  $\odot$  accipit: secundum, qui in genitura per signorum cursum in secundo loco fuerit inuenitus: tertium, qui post secundum fuerit: & similī modo cæteri. Quod ut manifestius intelligas, hoc doceamus exemplo. Si in diurna genitura  $\odot$  in  $\text{V}$  fuerit inuenitus, ipse erit decennij dominus: sic et in quocunq; alio signo fuerit. Quicunque itaq; in  $\text{V}$  fuerit, ipse erit in secundo loco: qui post  $\text{V}$  fuerit, ipse erit tertius: sic & in cæteris hoc modo. Et etiam in nocturnis genituris, à  $\text{D}$  inchoantes, faciemus. Sed quicunq; decennium sortitus fuerit, licet sit totius temporis dominus, omnibus tamen stellis totam decenij substantiam diuidit, à se incipiens, & post se illis tradens, qui sunt per ordinem positū: ac primo illi tradens, quicunque in themate secundus fuerit inuenitus.

B L A. B O. M E. M A.

$\text{H}$	57	42	30
$\text{L}$	79	45	12
$\text{O}$	66	40	15
$\odot$	120	69	19
$\varnothing$	82	45	8
$\mathcal{D}$	76	48	20
$\text{D}$	108	66	29

BIOCRA TORVM OMNIA TEMP.

d. P L A.

IVLII FIRMICI MAT.  
CHRONOCRATORVM TEMPORA.

PLA.	○	☽	☿	○	♀	♂	☽	☽
MEN.	9	30	12	15	19	8	20	25
AN.	10							10

TEMPORVM DIVISIO. CAP. XXX.

**Q**vanta autem sit temporum distributio, breuiter ostendemus. ○ accipit menses decē et nouem, ☽ uigintiquinq; ☽ trīginta, ☿ duodecim, ♂ quindecim, ♀ octo, ♀ uiginti. Quid autem ista temporum distributione fiat, in libris Apotelesmatum dicemus, ostendentes, quid queq; stella, suscipiens tempus ab alia stella decernat: omnia enim, quae nobis proueniunt, bona uel mala, ista temporum ratione colligimus. Finis etiā uita sic inuenitur, & omnis genitūæ substantia, & totum quod stellarum ordo decreuerit. Annum autem facillimis rationibus inuenimus: nam ab horosc. semper sumit exordium. & primus annus erit, in quo est horosc. constitutus, secundus in secundo signo, tertius in tertio, et sic cæteri per ordinem. Alij in diurna genitura, à ○ hoc idem faciunt: in nocturna uero à ☽ & habet rationem.

ANNORVM PER DIES DIVISIO.

Cap. XXXI.

**D**ies etiam totius anni stellis singulis diuiduntur. Quatenus autem diuidantur, uel unde initium accipiunt, etiam hoc monstrare curabo, quando ægritudines, quando imbecillitates, quando lucra, quando damna proueniant, quando gaudia, quando dolores. Nam cum beneuole stellæ dies acceperint, ab omni malo liberamur: cum uero maleuolæ, tunc nos repentinū infortuniorum casus impugnant. In quocunq; itaq; signo annus fuerit, eius signi dominus primos accipit dies, & post ipsum cæteri, prout sunt singuli in genitūæ themate constituti. Quæ itaq; stella, quot dies sortiatur, hoc etiam docebo. ○ dies habet quinquagintatres, ☽ septuaginta unum, ☽ octoginta quinq; ☿ trīginta, ♂ trīginta, ♀ trigintatres, ♀ quinquaginta septem. In hoc dierum spacio, omnia quæ nobis obueniunt, inuenire possumus, sed prius signorum ac locorum qualitate perspecta. nam si bene collocata stella fuerit, & aut tempus, aut menses, aut dies acceperit, & sit beneuola, omnia bona decernit: si uero maleuola stella, tempus, aut menses, aut dies acceperit, & male sit collocata, infortunia pro locorum qualitate decernit. Omnia itaq; prudenti inquisitione pertractans, totam uerissimæ genitūæ poteris explicare substantiam.

PROFECTIONIS DOMINI TEMPORA.

SIG. ♍	♀	II	☽	☿	☿	☽	m	☽	☽	☽	X
PLA.	♂	♀	☽	○	♀	☽	♂	☽	☽	☽	☽
DI. 36	33	57	71	53	57	33	36	30	85	85	30

ANTISCIORVM APOTELESMA.

Cap. XXXII.


**E**x istis institutis omnibus, quia tractatum antisciorum paulo ante distulimus, hunc locum nunc explicare debemus, ne quid à nobis in ista institutione prætermissum uideatur. Antiscia, Græcorum sunt nobis magisterio tradita: nolo enim alius suspicetur, quod non sit apud Græcos iste tractatus. nam si Ptolemaeus nullam aliam rationem sequitur, nisi antisciorū: & Antiochus, cum dicit, quod Libra Arietem, propter terrā, quæ media est, non uideat, quasi per speculum quidem, antisciorū rationem attingit. Dorothius uero Sidonius, uir prudentissimus, qui apotelesmata uerissimis et disertissimis uersibus scripsit, antisciorum rationem manifestis sententijs explicauit, in libro scilicet quarto. Nunc qua ratione colligantur antiscia, breuiter explicabo. Initium antisciorum aut à II & ☽ est, aut à ☽ & ☽ inchoamus. Itaq; nos instituentes, à II & ☽ incipimus.

II in ☽

II in  $\omega$  antisignum mittunt, &  $\omega$  in II:  $\Omega$  in  $\sigma$ , & in  $\Omega$   $\sigma$ :  $\eta$  in V, & V in  $\eta$ :  $\chi$  in  $\omega$ , &  $\omega$  in  $\chi$ ;  $\omega$  in m, & m in  $\omega$ :  $\Phi$  in  $\beta$ , &  $\beta$  in  $\Phi$ . Si rursus initium à  $\Phi$  in  $\beta$  fecerimus, & simili modo in II &  $\omega$  definitur. Hæc itaque semper omnia sagaci debemus inquisitione tractare, ne aliquando tam honesta professio falsis apostolismatum mendacij obumbretur. Sed hoc quidem, quod de antisignis diximus, non sufficit, nisi etiam partes explicatae specialiter fuerint, quae in quam partem mittant, & cuius antisignum rursus ipsa suscipiat. Et illud scire inter cetera oportet, quod in tricesimam partem signi nulla pars mittatur, & quod tricesima pars in nullam partem mittat antisignum. Hoc itaque exemplum, quod de II &  $\omega$  fecimus, ad omnium signorum antisignia pertinebit. II pars prima, in uicesimam nonam  $\omega$  partem antisignum mittit: rursus  $\omega$  uicesima nona pars, in primam II partem mittit antisignum: secunda in uicesimam octauam, uicesima octaua in secundam: tertia in uicesimam septimam, uicesima septima in tertiam: quarta in uicesimam sextam, uicesima sexta in quartam: quinta in uicesimam quintam, uicesima quinta in quintam: sexta in uicesimam quartam, uicesima quarta in sextam: septima in uicesimam tertiam, uicesima tertia in septimam: octaua in uicesimam secundam, uicesima secunda in octauam: nona in uicesimam primam, uicesima prima in nonam: decima in uicesimam, uicesima rursus in decimam: undecima in decimam nonam, decima nona rursus in undecimam: duodecima in decimam octauam, decima octaua rursus in duodecimam: decimatertia in decimam septimam, decimaseptima rursus in decimam tertiam: decimaquarta in decimam sextam, decimasexta rursus in decimam quartam: decimaquinta in decimam quintam, rursusque conuersim. Et hoc modo facias, donec per graduum numerum, numeralem

Tricesima pars cuiusque signi.

## TABVLA ANTISCIORVM TERTIA.



ralem retrogradēns, descensum ad descensum perducas. Ita II & ☽ in se mittunt antiscia. nam pars, à qua exceperit antiscium ad se, ad eam rursus mittit antiscium. Sic itaq; in semetipsis mittunt ♀ & Ω, sic ☾ & V, sic ☉ & X, sic m & ☾, sic ♦ & ♪. Ut hoc itaq; manifestius intelligi possit, cum scias iam, quod signum, in quod signum antiscium mittat, ipsas partes specialiter scripsi, ut omnibus obsecratis solueretur. In quamcunque igitur pars prima antiscium miserit, ab ea suscipit ipsa rursus antiscium: sic secunda, sic cæteræ. Itaque & scripsimus partes, quod exemplum & in cæteris signorum partes scrutari conueniat, & eorum scilicet, & signorum, quæcūp inuicem in se dicimus antiscium mittere: quorum ut facilior sit intellectus, unicam, ut diximus, signorū duorum tabulam hic inferius describimus, ex qua nobis ad cætera inuestigāda facilior sit intellectus.

## TABVLA ANTISCIORVM PRIMA.

CONTRA VMBRATIONES PARTIVM.	II	in	☽
	♀	in	Ω
	V	in	☽
	i	in	29
	2	in	28
	3	in	27
	4	in	26
	5	in	25
	6	in	24
	7	in	23
	8	in	22
	9	in	21
	10	in	20
	11	in	19
	12	in	18
	13	in	17
	14	in	16
	15	in	15
	X	in	Ω
	☽	in	m
	♪	in	♦

CONTRA VMBRATIONES PARTIVM.

TABVLA